Ca. xvii. qualia de abstinētibꝰ apud egi
A ptum filo scribit.

Jt igit̄ describēs hec in libello quē be
vita theorica vel suppliciū a̕ titula/
uit/ nichil oīno vel de ꝓprio vel extrinsecꝰ
addidit. sed primo oīm viros ipos cultores
et femīas cum ipsis ait cultrices appella/
ri. Causam vero huius vocabuli/ vel ex eo
ducta: ꝙ cōuenientiū ad se aīas tanꝗ̄ ru
des ⁊ aggrestes excolerent: vel ꝙ erga dei
cultū pura ⁊ integra cōscientia ꝑdurarent
quod nomē siue ipe iposuit primis illis ex
ipsorum actibus colligēs: siue vero in ini/
ciis ita appellabant̄ qui scd̄m euangeliuꝫ
viuebant anteꝗ̄ christianoꝝ appellatio ꝑ
omnem locū diffunderet̄ itereft: dummō
ex ipsis rebus nomē ad quos ꝑtineat com
probet̄. Dicit ergo primo oīm ꝙ renūciēt
cunctis facultatibꝰ suis qui se ad huiusce/
modi phiam dederint/ et bonis suis qui/
bus interest credant. Tū deinde ꝙ oēs vi
te sollicitudines ꝓcul abiciāt. et extra vrbē
egressi/ i ortulis vel exiguis quibusqꝫ agel
lulis degant: refugientes imparis ꝓposi/
ti ꝯsortia/ ⁊ vite dissimilis cōtubernia. Sci
entes ipedimēto esse hec arduū volentibꝰ
iter virtutis incedere. Tali quippe ordine
calore fidei incitati ii qui primitus crede/
bant/ vitā duxisse memorant̄: sicut euidē
ter in actibus apostoloꝝ legimus scriptuꝫ
ꝙ oms̄ qui credebant sub apostolis/ posses
siōes suas ⁊ ꝑdia vendētes/ ꝑcia ponebāt

ante pedes apostolorū et diuidebant̄ vni/
cuiqꝫ ꝓut opus erat: ita vt non esset quisꝗ̄
in eis egens. Quia ergo ⁊ hic silia scri/
bit geri ab iis qui apud alexandriā crede
bant/ sicut illi q̇ in hierosolimis ante crebi
derant: certum est ꝙ idem actus eademqꝫ
institutio eandem sine dubio et religionis
fidem designet. Deniqꝫ libro ipsi de quo
suprabiximus/ tale initiū dedit: In multis
est inquit orbis terre partibus hoc genus
hominū. Oportebat nāqꝫ ꝑfecti huius bo
ni/ participem fieri omnen greciam om
nēqꝫ barbariam. In egypto tamen maior
est copia per singula queqꝫ territoria/ ꝓci/
pue aūt circa alexandriam. Nam optimꝰ
quisqꝫ ex oībꝰ locis velut ad vberis patrie
glebam festinus occurrit colonꝰ. Regio
quedam est philosophie magisꝗ̄ frugi/
bus oportuna/ supra lacū cui Marie no/
men est sita. colliculis quibusdam molli/
ter et clementer erecta/ ad munimentum
simul atqꝫ aeris tēperiē cōmoda. Post
hoc descriptis eorū habitaculis: vt se habe
āt singuloꝝ qualitas ⁊ situs. etiam de ec/
clesiis que apud eos sunt/ ita dicit. Est au
tem inquit in singulis locis cōsecrata ora
tionis domus: que appellat̄ semnon/ vel
monasteriū. Semnō autem in nostra li/
gua significare potest honestorū conuenti
culum. In quod secedentes inquit/ hone/
sta ⁊ casta vite misteria celebrant. nichil il
luc prorsus quod ad cibū potūqꝫ ꝑtinet īfe
rētes/ vel ad reliqua humani corporis mi
steria. Sꝫ tantū legis libros/ ⁊ volumīa ꝓ
phetaꝝ. hymnos quoqꝫ ī deū/ ceteraqꝫ his
silia. In quoruꝫ disciplinis atqꝫ exerciciis
īstituti/ ad ꝑfectā beatāqꝫ vitaꝫ/ studiis iu
gibus coalescant. Et post aliquanta ite
rū dicit. Ab ortu aūt diei vsqꝫ ad vesparꝫ: oē
eis spaciū in studioꝝ exercitiis ducit̄: qͥbus
ad diuinaꝫ philosophiaꝫ ꝑ sacras litteras
ībuunt̄/ patrū leges in allegoricā itelligē
tiā deducētes. Qm̄ qͥdē formas esse ⁊ ima
gines/ ea q̄ in legis littera scripta sūt opi/
nant̄ latētis itrīsecꝰ ꝓfūdi cuiusdā diuiqꝫ
misterii. Habēt aūt etiā disputatōes quas
dam et intepretationes veterum viroruꝫ:

theorica vita

cultores q appellati

philosophia xpiana precepta

qui z auctores ipsius hereseos extiterunt:
quos eis allegorice ac figuralis intelligē
tie normam/ quā plurimis scriptorū suorū
constat tradidisse monimentis. Quoruz
illi velut itineris sui ducum z auctorū isti
tuta pariter sequūtur z morē. Hec aūt di
xisse hunc viruz certum est. De euangeli
cis atqz apostolicis libris:in quib⁹ quomō
lex z prophetia spiritualiter ītelligi debeat
docetur. Post pauca rursum etiam de eo
qđ psalmos faciāt nouos ita scribit. Itaqz
non solum subtilius intelligunt hymnos
veterū/sed z ipsi faciūt nouos ī deū. Oib⁹
cos z metris z sonis honesta satis z suaui
cōpage modulantes. Multa quidē z alia
in eodē libro enumerat/que a nostris vel ī
ecclesia vl'in monasteriis exercent. Sed
properandum nobis est illa ex omnib⁹ di
cere/que ecclesiasticā proprie cōtinent for
mam:ex quibus citius manifestū esse de
beat ad ecclesiam pertinere q̄ scripta sunt.
Ait ergo. Continentiā vero velut fūdamē
tum quoddā primo in aīa collocant:z ita
demū reliquas super hanc pgunt edificare
virtutes. Cibum potūqz nullus eoz capit
ante solis occasum. Uidelicet tempus lu
cis cum philosophie studiis:curā vero cor
poris cuz nocte sociantes. Nōnulli autem
etiam post triduū in cōmunionē veniunt
cibi. Quos scilicet edatior studioꝝ fames
perurget. Jam vero ii qui in eruditionib⁹
sapientie z in pfundiore intelligentia sa
croꝝ voluminū cōuersant/tanq̄ copiosis
dapibus inhiātes expleri nequeunt/z con
tendo acrius inflāmātur:ita vt nec quar
to iam nec quinto/sed sexto demuz die nō
tam desideratum q̄ necessarium corpori ī
dulgeāt cibū. Hec filonē de nostrorum
institutis referre quis potest dubitare:qđ
si cui adhuc videt ambiguū/adhibedimus
etiaz alia eius dicta:que nulli oīno nisi no
stris tantūmodo conuenire etiaz infidelis
simus quisqz fatebitur. Ait ergo. Cū viris
autē quos diximus sunt z femine:in q̄bus
plures iaz grandeue sunt virgines/itegri
tatem casti corporis nō necessitate aliqua:
sed deuotione seruātes:duz sapientie stu
diis semet gestiunt nō solum aīo sed z cor
pore cōsecrare:indignū ducentes libidini
mancipare vas ad capiendā sapientiā pre
paratū:z edere mortalem partū eas a qui
bus diuini verbi concubitus sacrosanctus
z imortalis expetitur:ex quo posteritas re
linquatur nequaq̄ corruptele mortalita
tis obnoxia. q̄ si adhuc parum videt istō:
audi quod post aliquanta scribit. Tracta
tus aūt sacroꝝ inquit voluminū huiusmo
di habēt:vt magis allegoricis opinionib⁹
ptantur. Quoniam quidem omnis lex vi
ris istis videtur animali esse similis quod
corpus quidem habeat ipsam litteram:
et ea que secundum litteram designan
tur:Animā vero occultū ī littera spūalem
et inuisibilē sensum:quez illi ab auctorib⁹
suis edocti/sublimius z nobilius velut in
spiciētes p speculuz contēplantur. ex ipsis
etiam nominibus admirandas quasdaz
species intelligentie pferentes. Quid aūt
addere his opus est etiā de conuēt. h⁹ coꝝ
que cōscribit:et vt seorsum quidē viri/seor
sum etiam in eisdē locis femīe congregen
tur. z vt vigilias sicut apō nos fieri moris
est peragant z maxime diebus illis cū pas
sionis dominice solēnitas celebratur:cuz
in ieiuniis pernoctare/z lectionibus sāctis
auditum prebere consueuimus. Que oīa
supradictus vir eo ordine eadēqz cōseque
tia qua apud nos gerūtur expressit. Et vt
vnus ex omnib⁹ cōsurgens in medio:psal
mū honestis modulis concinat. vt que p
cinenti ei vnum versiculū/omnis multi
tudo respondeat:atqz ī ipsis diebus ī ter
ra recūbētes:sicut antiqui moris fuisse di
citur. vinū q̄dez nemo oīno:vt ipse ait. nec
gustu quidē cōtingat. sed nec quālibet car
nem. Tantū aūt aqua sit eis poculū:z pa
nis cum sale vel isopo cibus. Addit adhuc
his. quō sacerdotes z ministri exhibeāt offi
cia sua/vel q̄ sit supra oīa episcopalis api
cis sedes. Que cūcta si quis plenius vult
et exploratius disce e:ostendimus ex quo
ista fōte bedeat haurire. In quibus supra
dictus vir ecclesiastice institutionis initia/
et originem apostolice atqz euangelice

traditionis interuit. Est autem idem filo affluentissimus quidē in eloquentia. ī sensibus autē profūdissimus. ꝛ interpretatione atqꝫ intelligentia diuinaruꝫ scripturarum subtilissimus. Copiose inueniēs. ꝛ copiosius eloquēs: Multa deniqꝫ diuini nobis etiā ipse īgenii sui monimēta dereliqt.

Ca. xviii. q̄nti ad nos filōis puenerīt libri

Primo qdem per ordinē in genesim scripsit libros quos articulauit sacre legis explanatio figuralis. Tū deinde et alios continētes sparsim de diuersis capitulis questiones/ in quibus que requiri debeant. ꝛ proponit ꝛ soluit. Quas q̄stiones ꝛ absolutiones de genesi ꝛ exodo articulauit. Sunt ꝛ alii eius libri q̄ superscribuntur propositionū. qui sunt de agricultura duo. et de temulentia duo. Sed ꝛ alii quāplurimi extant eius libri diuersis vocabulis ānotati. Sicut est/ que sint pro quibus mens debet orare deū. ꝛ de confusione linguaꝝ. De natura ꝛ inuētione. de iis q̄ congregari debeāt ad erudiēdū. Et q̄s sit qui heres sit diuinoꝝ. q̄ sit equaliū ꝛ ieq̄liū diuisio. Itē de trib⁹ ꝟtutib⁹. q̄s descripsit cū ceteris moyses. Itē de iis quoꝝ inscripturis noīa cōmutata sūt. ꝛ quibus ex causis cōmutata sint. In q̄bus refert scripsisse et de testamētis primū ꝛ scdm. Est aūt ꝛ ali⁹ eius liber de captiuitate: ꝛ de vita sapiētis/ eius q̄ scdm iusticiā perfectā ꝛ leges naturales consūmatus est. De gigantibus/ de eo φ incōuertibile sit quod diuinū est. De moysi vita libri. v. De eo φ a deo sint sōnia. Hec pene oīa in genesi scripsit. Sed ꝛ in exodū questionū ꝛ absolutionū libri. v. De tabernaculo. De decem verbis legis De iis que inferūtur sub specie decalogi. Et de aīalib⁹ que sacrificiis deputata sūt. Et q̄ sunt species sacrificioruꝫ. Que sunt proposita ī lege bonis premia. ꝛ malis maledicta. Tum preterea singulares eius libri. De puidētia. De iudeis/ apologetic⁹ liber. hoc est de vita vrbana. ꝛ ad alexādrū dicentē. rationē habere muta aīalia. De eo φ seruus sit omnis qui peccat. Itē alius de eo φ liber sit oms q̄ bonis studiis operam prebet. De vita theorica vel supplicū in quo ꝛ de apostolicis viris eē que scripta sunt/ supra edocuimus. Sed ꝛ interpretationes nominū hebraicorū que sunt ī lege et pphetis. Hic tēpori b⁹ gaii īperatoris romā pfect⁹/ cū de ipietate atqꝫ ipuritate gaii quāplurima scripsisset (q̄ p hyroniā de ꝟtutib⁹ articulauit) ꝛ ea senatui recitasset tanta dicitur ammiratione habitus/ vt bibliotheca digna eius scripta decernerentur. Uerum per idem tempus paulo apostolo ab hierusalem in circuitu et vsqꝫ ad illiricū predicationē verbi domini ei ministrante: Claudi⁹ imperator iudeos vrbe depellit. Tunc aquila ꝛ prisca cū ceteris iudeis expulsi/ asiā veniunt: ibiqꝫ coherent apostolo/ tum primū ecclesie inibi fūdamēta iacienti: sicut edocet liber de actibus apostolorum conscriptus.

Cap. xix. cuiusmodi clade compressērint iudeos ipso die pascali.

Claudio vero adhuc in imperio pdurante in ipsa solēnitate pasche/ tanta iudeis perturbatio ꝛ vastitas hierosolimis accidit ex seditione cōmota: vt illi soli qui ī foribus templi constipatione populi necati sūt/ tria milia iudeoꝝ numerarent: et conuersus est dies festus eoꝝ in luctuꝫ. Sed ꝛ alia quāplurima iudeis mala irrogata/ Josephus p hec verba designat.

Cap. xx. qualia etiam sub nerone hierosolimis gesta sunt.

Claudius (inq̄t) agrippā filiū agrippe/ iudeoꝝ regē cōstituit. Felicē vero toti⁹ puincie/ samarie quoqꝫ ꝛ galilee/ ꝛ regionis que dicit transiordanē/ pcuratoreꝫ misit. Et post pauca addit etiā hoc: Inflāmatur aūt ꝛ seditio acerbissima a pōtificibus aduersuꝫ sacerdotes/ ꝛ primos plebis hierosolimoꝝ: quoꝝ singuli cōquirētes sibimet pditorū iuuenū ꝛ nouis rebus gaudentiū manuꝫ/ duces semetipsos proprie factōis instituebāt. Qui cōfligentes adinuicē/ primo cōuitiis lacessere: tū deinde ꝛ saxis inuicē sternere: nec quisφ erat q̄ coherceret: sed agebantur oīa/ tanquā ī vrbe nō

habente rectorẽ. Igitur pontifices in tantã venere pteruiã: vt seruis suis ad areas mis sis/inuaderẽt decias que sacerdotibus debebantur. Et accidebat vt nõnulli ex mi noribus sacerdotibus/quorũ alimonie vi fuerãt direpte/inedia deperirent. Ita sedi tionũ violẽtia/ius fasqꝫ confuderat. Itez post pauca subiungit etiã hoc. Nõnũquã autẽ etiã in media ciuitate occurrẽtes sibi trucidabãt. Precipue in diebus festis/sic cariꝫ plebibus admixti/occultatis pugionibus oberrantes/vt quisquis designatus eis cominꝰ inciderat/perimebant. Et arte nefaria cũ corruisset is quẽ occulto vulnerestrauerant: tũ idem ipsi percussores velut indignari se simulabãt aduersus eos qui hoc in media vrbe cõmitterẽt: atqꝫ hoc mõ occulta eorum facinora permanebant. Et primo omniũ ab his ionathas põtifex interficitur: post illũ quãplurimi iugulãtur etiã ipsis mortibꝰ eẽt grauior metꝰ mor tis: dũ vnusqꝫsqꝫ quasi ĩ procictu sẽper posi tꝰ/p momẽta singula sparet ĩterfici. Post hoc aũt ĩteriectis quibusdã addit etiã hoc.

Capitulũ. xxi. de egiptio cuiꝰ actus apostolorũ faciũt mentionem.

Rauiꝰ vero omni hac vastatione afflixit iudeos egyptius quidã falsus ppheta. Qui cuꝫ venisset ad iudeã homo magus/fidem sibi prophete magica arte cõsciuit. Et continuo ad triginta milia virorum congregans/et ductans eos per desertum/puenit cum ipsis in montem qui vocatur oliueti. Paratus inde irruere hierosolime/ꝛ vi ac potestate vrbem tenere: si mulqꝫ romanoꝝ presidia ac plebẽ tyranni dĩ sue subiugare/fretꝰ per oĩa iis quos secum eduxerat satellitibꝰ Sed conatus eiꝰ preuenit felix: cõfestimqꝫ cuꝫ armatis obuiã pgens/secũ etiã plebe reliqua cõspirãte/ꝑgressione facta egyptiũ quidẽ cũ paucis in fugaꝫ vertit. Peremptis vero aliis/ etiaꝫ captis/temere cepta facile restrinxit. Hec i scđo hystoriaꝝ libro iosephus refert. Operepreciũ tamẽ est/hec que de egyptio scribit/cũ illis que ĩ apostoloꝝ actibus designata sunt cõparare: vbi sub felice tribunus qui in hierosolimis erat/ad paulum in quẽ fuerat cõmota seditio/dicit. Nõne tu es egyptius ille q̃ ante hos dies ꝯcitaueras populũ/ꝛ eduxeras ĩ desertũ ad quattuor milia homines siccarioꝝ? Sed sufficiant ista de felice.

Cap. xxii. queãdmodũ de iudea paulus romã missus ĩ vinculis oĩ culpa liberatꝰ sit

Nterea claudio tredecĩ annis ꝛ octo mẽsibus romanoꝝ imperio pfũcto/ nero suscipit pricipatũ. A quo festus mittitur ĩ iudeã succedere felici. Apud quẽ causa dicta/paulus vinctus mittit̃ romã/aristarco secũ comitante (queꝫ cõsequẽter in epistolis suis cõcaptiuũ appellat) Sed et luca: qui ꝛ actus eius ceteroꝝqꝫ apostolorum descripsit/sed precipue pauli: de quo ẽt hoc in fine signauit: ꝙ biennio ĩ vrbe roma positus/verbũ dei predicabat/nemine phibente. Quẽ tamẽ affuisse sibi/ꝛ defendisse se apud neronẽ: ꝛ ꝑ sũ ꝑfectũ esse ad predicatiõis officiũ/sermo cõsũmat. Et post hoc denuo redisse ad supradictã vrbẽ: vbi martyrio cõsũmatus est: tũc cũ in vinculis positus/scđam ad timotheũ scribebat epistolaꝫ. In qua ꝛ de prima sua defensione/ et de presẽti simul indicat passione. Suscipe ergo de his singulis testimonia. In prima (inquit ipse paulus) mea defẽsione nemo michi affuit/sed oẽs me dereliquerũt: nõ illis ĩputet̃. Dominꝰ em̃ astitit michi/ꝛ cõfortauit me: vt p me predicatio cõpleretur: ꝛ audiãt oẽs gẽtes quia liberatꝰ sũ đ ore leonis. Manifestissime p hec designat: qꝛ primo qđẽ vt p ipsũ cepta predicatio compleret̃: liberatus est de ore leonis. Neronẽ scilicet ĩ leone pro crudelitate significans. Tum deinde in consequẽtibus adiecit et dicit. Liberauit me dñs de ore leonis. Preuidebat enĩ in spiritu consũmationem suam: ppter quod ꝛ dixit/quia et liberatꝰ sũ đ ore leonis. Et iteꝝ. Liberauit me dñs ab oĩ ope malo/ꝛ saluũ faciet ĩ regnũ suũ celeste. Significãs p hoc/ꝙ eẽt cõfestĩ martyrio coronãdꝰ. De quo tũ euidẽtius in eadẽ epistola dicit scribẽs. Ego enĩ iam iaꝫ immolor: ꝛ tẽpus resolutiõis mee instat.

Hec autē dicta sunt a nobis: vt ostendere
mus/quia nō eo tēpore quo pauli actus ī
vrbe roma cōclusit lucas/ martyrio perfū
ctus est paulus. Potuit enim fieri vt in
initiis adhuc lenior esset nero: et defensio-
nē pauli pro nostro dogmate nō aspernā
ter acceperit. Processu vero tēporis cū ce
teris malis aucta sit eius etiam in aposto
los seuicie rabies.

Ca. xxiii. quō sit passus iacobus qui fra
ter dñi est dictus.

Situr iudei posteaq̄ paul⁹ ad cesa-
rem quē appellauerat a festo trans-
missus est: et frustratas īsidias quas ei in-
A tenderant vident: in iacobū fratrē dñi im
manitatē nequicie sue vertūt: cui episcopa
lis in ierosolimis delata ab apostolis fue-
rat sedes: quē hoc modo adorti sunt: pdu-
ctū in mediū abnegare eū fidē christi corā
omni populo expetūt. At ille citra oīm opi
nionem voce satis libera/et multo maiore
re quam vellent/coraz vniuerso populo cū
omni fiducia pfitetur filiuz esse dei salua
torem et dñm nostrū iesum christū. Tuz il
li non ferentes tam graue et tam liberū te-
stimoniū viri: p eo maxime q̄ iustissimus
apud oēs habebatur ob religiose et ɔtinē
tissime vite merita/in necē eius vertūtur/
fauente sibi occasione tēporis ex morte re-
ctoris. Cōtigit enī Festuz per idem tēpus
obire apud iudeam: et sine rectore ac prīci
pe esse puinciam. Nam mortis iacobi mo
dus iam quidē et in supioribus a nobis de
mentis sermonibus indicat⁹ est: cuz de pi
na templi eum precipitatū. et fullōis pcus-
sum vecte descripsit. Exploratius tamē de
eo egesippus: qui post ipsas statī primas
apostolo℞ successiōes fuit in cōmentatri-
orum suo℞ libro his verbis refert. Susce-
pit inq̄t ecclesiaz cū apostolis frater dñi ia
cobus qui ab oībus cognoīatus est iust⁹.
ab ipsis dñi tēporibus perdurans vsq₃ ad
nos. Et multi quidem iacobi vocati sunt.
Sed hic ex vtero matris sue sanctus fuit.
vinū et sicerū nō bibit: sed neq₃ animal mā
ducauit. Ferrū ī caput eius nō ascēdit: oleo
nō est perūctus balneis nō est vsus. Huic
soli licebat intrare in sancta sancto℞. Ne
q₃ eni laneo vtebatur indumento: sed tm̄
sindone. Solus ingrediebatur templū: et
iacebat sup genua sua orans p populi in-
dulgētia: ita vt orādo callos faceret inge-
nibus admodū cameli/semp genua flectē
do/nec vnq̄ ab oratiōe cessando. Itaq₃ p
incredibili hac cōtinentia et sūma iusticia
appellatus est iustus/et oblias: quod ē iter
pretatū monimentū populi et iusticia: sicut
et pphete indicarūt de eo. Quidam er-
go de septem heresibus q̄ erant in populo
de q̄bus superius scripsimus/iterrogabāt
eum quod esset hostiū iesu. At ille dicebat
hunc esse saluatorē. Ex quibus aliquanti
crediderunt/q₃ iesus est christus. Ille autē
hereses quas supradiximus/nō crediderūt
neq₃ surrexisse eum/neq₃ ventu℞ vt retri-
buat vnicuiq₃ scdm opa sua. Qui vero cre
diderunt/per iacobuz crediderūt. In q̄bus
cuz multi etiam ex principib⁹ credidissent:
perturbatio erat iudeo℞ et scribarū ac pha
riseo℞ /dicentiū nichil iam supest/qui oīs
populus credat in iesum q̄ ipse sit christ⁹.
Cōuenientes igitur ad iacobū dicebant ei.
Oramus te vt reuoces populū: q₃ ecce er-
rat in iesum. putans q̄ ipse sit christ⁹. De
precamur ergo te vt suadeas oībus ɔueni-
entibus in die pasche de iesu. Tibi enī oēs
obtemperamus. et de te tam nos q̄ popu-
lus testimoniū m̄ ferimus/quia iustus es
et psonam nulli⁹ accipis. Tu ergo suade
populo de iesu ne erret. q₃ oēs tibi obedi-
mus. Ascende itaq₃ in excelsum locū pine
templi: vt in edito posit⁹ appareas omni-
bus: et verba tua audiatur a cunctis. q₃ in
die pasche cōuenit nō solum iudeo℞. sed et
gentilium multitudo. Statuerūt igitur su-
pradicte scribe et pharisei iacobuz supra pī
nem tēpli/et voce magna clamātes ad euz
dicūt. Viro℞ iustissime cui oēs obtempe-
rare debemus. qm̄ populus errat post iesū
qui crucifixus est/enuncia nobis. qd̄ sit ho
stium iesu. Tum iacobus ad eos igēti vo
ce respondit. Quid me interrogatis de fi-
lio hoīs: Ecce ipse sedet in celo a dextris sū
me virtutis. et ipse venturus est in nubib⁹ ce

ii. Cūqꝫ hac respōsione ⁊ testimonio iacobi multis satisfactū esset ⁊ libenter audissent q̄ iacobus cōtestatus est: ceperūt glorificare deū et dicere: osanna filio dauid. Tūc rursū scribe ⁊ pharisei ceperūt adinuicem dicere. Malefecimus tale testimonium prestare de iesu. Sed ascendamꝰ ⁊ precipitemus eū deorsum: vt ceteri terreantur et nō credant ei. Simul ⁊ voce magna clamauerūt dicētes. O.o. et iustus errauit. ⁊ cōpleuerūt scripturā que in Isaia scripta ē dicentē. Auferamus iustū/ qm̄ inutilis nobis est. Propterea fructū operū suoꝝ manducabūt. Ascenderūt ergo et precipitauerūt eū: ⁊ dicebant ad inuicē. Lapidemus iacobū iustū. Et ceperunt eū vrgere lapidibus. Qui deiectus nō solū mori nō potuit. sed cōuersus super genua sua ꝓcūbēs dicebat Rogo te dn̄e deus pater remitte eis peccatum. non enī sciūt quid faciunt. Cūqꝫ eū talia orātē desuper lapidibus vrgerent vnus ex sacerdotibus de filiis rechab filii rechabi (de quibus ꝓtestatur Jeremias ꝓpheta) exclamauit dicens. Parcite queso quid facitis? Pro vobis orat iustꝰ hic quē lapidatis. Tunc vnus ex ipsis fullo arrepto fuste: in quo res exprimere solēt/ cerebro eius illisit. Et tali martyrio cōsumatꝰ est/ ac sepultus in eodē loco ꝓpe tēplum. Hic est qui extitit veritatis testis iudeis et gentibus. quia iesus est christꝰ. ¶ Et nō multo post oppugnatio ꝯsecuta est vespasiani. Hec latius quidē/ sed ꝯsonanter clementi etiā ege sippus retulit. ꝙ ita mirus quidē ⁊ apud oēs hoīes opinatissimus in obseruatione totius iusticie iacobus habebatur: vt ⁊ iudeoꝝ prudētes q̄qꝫ crederent hanc esse causam stati cōsecute oppugnationis hierosolimoꝝ: ꝙ ī illum sceleratas iniecerint manus. Et iosephus ita sibi videri euidēter īdicat per hec. Que oīa inqt acciderūt iudeis ꝓ vindicta iacobi iusti: q̄ erat frater iesu qui dicitur christus. Quē iustissimū ⁊ piissimū omniū confessione virū iudei interfecerūt. Ideōqꝫ etiā mortē eiꝰ in vicesimo āntiquitatū libro/ his verbis designat. Mittit aūt cesar albinū iudee prefectū/ Festi morte cōperta. Ananias aūt iunior quē pōtificatū suscepisse supradiximꝰ proteruus ad modū ⁊ insolēs moribus/ heresim defendebat saduceoꝝ: qui ī iudiciis crudeliores ceteris iudeis vident/ sicut iā supra ostēdimus. Hic insolētie sue tēpus datū credens ex morte Festi/ cōsessū iudicū cōuocat: et introducit in mediū fratrē iesu qui dicitur christus iacobū noīe/ et alios q̄plurimos: quos velut contra legē gerere incusans/ tradidit lapidādos. Quod facinus siquis ex ciuibus modestior fuit/ ⁊ equi ac legis obseruantior/ grauissime tulit. Qui etiā occulte legationē ad cesarē mittūt/ orantes eū scribere ananie ne hoc agat: quia nec prius huiuscemodi facinora recte cōmiserit. Quidā aūt ex ipsis etiā albino occurūt de alexandria ad ipos iter agenti/ atqꝫ edocent. ꝙ nō licuerit ananie se incōsulto cōsessum iudicū cōuocare. At ille cōmotus ex iis que dicta sunt/ cū indignatione scribit ad ananiā: ꝯminatus ablaturū se ab eo iudicādi potestatē/ qua nō recte vtebatur. Quia ⁊ agrippa rex eū solis tribus mensibꝰ functū hoc honore priuauerit: et iesū dāmei filiū in locū eius subrogauerit. Hactenus etiā de iacobo: Cuius illa habetur epistola/ que prima scribitur inter eas q̄ canonice appellant. Sciendum tamē est ꝙ a nōnullis nō recipiatur: nec facile quis antiquoꝝ meminerit eius: sicut nec illius quidē que dicit Jude: q̄ ⁊ ipsa est vna de septē. Nos tamē scimus etiā istas cū ceteris ab olbꝰ pene ecclīis recipi.

¶ Ca. xxiiii. ꝙ post marcū primum episcopū alexādrie ecclīe ordinatꝰ sit ānianꝰ.

Gitur neronis primo imperii anno post marcū euangelistā/ ecclesie apud alexandriā Annianus sacerdotiū suscepit: Sed nero regni sibi potestate ꝯualescēte/ post multa que aīo cōceperat nefaria ⁊ impura flagicia/ ad ipsā quoqꝫ iam diuinitatis tendebat iīuriā. Lōgū est ⁊ nostro opi incōueniēs/ ꝓbra eius flagiciaqꝫ describere: maxime cū multi de his plenius scripserint. Ex quoꝝ libris si quis dedecorosā eiꝰ vitā atqꝫ oībus sceleribus obnoxiā scire

nuit facilius potest. In quibus eum inueniet intantum sceleris esse pgressu͂:vt ne ppriis quidē ac domesticis temperauerit. Sed ⁊ in matrē/⁊ in fratres/et in vxores/atq3 in oēs sanguis primos/et parricida extiterit ⁊ incestus. His igitur oibus deerat vt ipse prim⁹ ex iperatoribus romanis etiam in ipsu͂ deu͂ ipietatis arma cōuerteret: Sicut tertullianus vir scriptoru͂ nobilissimus refert dicēs. Cōsulite cōmentarios vestros: illic reperietis primu͂ quoq3 neronē in hanc sectā/tu͂ maxime rome orientē cesariano gladio ferocē fuisse Et tali dedicatore dānationis nostre etiā gloriamur. Qui eni͂ scit illu͂ itelligere potest non nisi grande aliquod bonu͂ a nerone dānatum. Teptauerat ⁊ domicianus portio nerōis de crudelitate: s3 quasi homo facile ceptu͂z repressit: restitutis etiā quos relegauerat Tales nobis semp fuere isecutores/iiusti impii/turpes: quos ⁊ ipsi dānare cōsueuistis: ⁊ a quibus dānatos restituere soliti estis. Hec tertulianus.

domitiane rone probitatis tertio [illegible]erat.

Ca. xxv. de psecutione neronis sub quo paulus ac petrus pia cōfessiōe passi sunt.

Igitur nero vt aptu͂ se hostē diuinitatis pietatisq3 pfessus est: ipōr̄ primus apostolor̄ (quippe q̄ duces et signiferi erant in populo dei) expetit neces. Et paulu͂ quidē capite in ipsa vrbe roma/petrum vero crucio patibulo cōdēnat. Horu͂ testimoniu͂ q̄rere extrinsecus supfluu͂ puto: cu͂z rem gestā insignia vsq3 in hodiernu͂/⁊ splēdissima eor̄ monumēta testent. Veru͂tamen scribit de his etiā gaius q̄da3 scriptor antiquus. Qui cu͂ zepherino episcopo romano aduersu͂ pculu͂ quendā catafrigam disputans/Hec de apostolor̄ cōmemorat locis. Ego inquit habeo trophea apostolorū que ostendā. Si eni͂ pcedas via regali que ad vaticanu͂ ducit/aut via hostiēsi: inuenies trophea desixa: qbus ex vtraq3 parte statutis romana cōmunitur ecclesia. q aūt eodē tēpore ābo passi sūt q corinthior̄ episcopus dionisius/cu͂ in vrbe positus eēt et de scripturio disputaret/hoc dicit. Sed

petrus cruce damnatus

et vos habentes cōmonitionem a petro et paulo/plantationē romane ⁊ corinthior̄ ecclesie cōiunxistis. Ambo eteni simul aduenientes/et i nostra corithior̄ ecclesia docuerūt. ⁊ p oēz italiā: atq3 i hac vrbe simul docētes/etiā martyrio pariter vno eodemq3 tēpore coronati sunt. Hec autē retulimus: vt hystoria que in opinione oīm est cōfirmatior habeat. Josephus aūt scribēs quante clades iudeor̄ gentē puaserint/⁊ vt eor̄ vastitas ppagata sit addit etiā hec.

Capitulu͂. xxvi. vt innumeris iudei malis afflicti sūt ⁊ nouissime cōtra romanos arma mouerunt.

Eru͂ ad innumera mala que iudeis acciderāt/addit etiā hoc q Florus q per idē tēpus iudee pcurationē tenebat/honorabiles quosq3 viros flagris verberaret/⁊ in ipa vrbe sacratissima hierusalē patibulo suffigeret: eo tēpore quo pturbari iudeor̄ statu͂ nouaru͂ reru͂ molitiōibus accidit: duodecimo scilic3 anno iperii nerōis Sed ⁊ per oēm siriā/in seditiosos iudeor̄ atrocissimā refert exercitatā esse seuitiam ita vt etiā illi qui per vrbes singulas admixti gentibus cōmanebāt/in hostiu͂ numero deputarēt. Et videres iq̄t repletas ihumatis corporibus ciuitates: iacentes mortuos simul cu͂ paruulis senes. Feminaru͂q3 absq3 vlla sexus reuerentia nudata in publico reiectaq3 cadauera: atq3 vniuersā puinciam inumeris malis refertā. Sed tamē tam diro hoc ⁊ tam atroci spectaculo/multo grauius eos futuror̄ ⁊ per dies augescentiu͂ malor̄ metus ⁊ formido terrebat. Hec ad verbu͂ iosephus refert. Ver̄ de iudeis ista sufficiant.

Explicit liber secundus.

Incipit liber tercius.

Ca. i. in quibus locis apostoli christum predicauerunt.

Situr iudei debitis cladibus purgebant. Sancti vero apostoli dñi ꝛ saluatoris nři/ceteriqȝ discipuli/ad p̄dicandū verbū dei/per singulas quasqȝ orbis t̄re ꝓuītias dimittunt/Thomas(sicut nobis traditū ē)sortit⁹ est Parthos. Matheus ethiopiā. Bartholomeus Indiā citeriorē. Andreas Scithiam Johēs Asiā. Unde ꝛ apud ephesū/ꝛ cōmoratus est ꝛ defunctus. Petrus pōtū/galatiā/bithiniā/cappadotiā/ceterasqȝ ꝯfines ꝓuincias/Judeis dūtaxat p̄dicans circūcisse dephendit: ꝛ ad vltimum in vrbe roma cōmorat⁹: vbi crucifixus est deorsū capite demerso/qđ ipse ita fieri depcatus est/ne exequari dño videret. De paulo autē qđ dicā: qui ab hierusalē vsqȝ ad Illiricū repleuit euangeliū xp̄i: et ad vltimū sub nerōe martirū duxit. hec ita p ordinē i tercio li. explanationū genesis/origenes expōit.

¶ Ca. ii. de epistolis ꝛ scripturis aplōrum.

A Erū petrus apostolus p̄dicationis sue monimēta nobis per pauca dereliquit. Una eteni eius epistola est/de qua nullus oīno dubitauit. Nā de secūda multis ī certū est: Apud plurimos tñ etiā ipa legēda suscipit. Ille vero libellus q̄ dicit act⁹ petri/ꝛ qđ noīs eius euangeliū nuncupat: sed ꝛ q̄ dicitur ei⁹ p̄dicatio vel reuelatio/i scripturis prsus canonicis nō habet. Sed ne aliqs quidē scriptoꝝ veterū/vti coꝝ testimoniis iuenit. Verū ꝓcedente nobis historie narratiōe/per oportunitatē locoꝝ cū scriptores ecclesiasticos mēorabimus/necessario etiā scripturarū libros q̄ in auctoritate esse debeāt/ꝛ quoꝝ min⁹ sequēda sit auctoritas exponem⁹. Interī petri vt dixim⁹ prima epistola ab oībus veterib⁹ est recepta. Pauli quoqȝ manifeste. xiiii. sūt epistole que i auctoritate habent licet sciaȝ apud latīos de epistola que apud hebreos scribit haberi dubitationē. Sȝ ꝛ de ipa qđ ꝓnuciqȝ veterū scriptoꝝ senserit/in t̄epore suo ꝓferem⁹. Et libellus Herme qui appellatur Pastoris/cuius paulus in epistolis suis meminit/a plurimis nō est recept⁹ ab aliis aūt necessarius iudicat⁹ est: ꝓpt eos qui primis ad fidē īstitutionib⁹ ibuūtur. Unde ꝛ ī nōnullis ecclesiis legit: ꝛ multi veterū scriptoꝝ vsi sūt testimōiis ei⁹. hec iteri nobis p̄missa sint de diuersoꝝ libroꝝ fide quā mox etiā: veteꝝ ꝯstipulatiōe firmabim⁹. ¶ Paul⁹ aūt ꝙ ab hierusalē ī circuitu vsqȝ ad illiricū gētib⁹ euangeliū predicauerit/ex ipsius vocibus comprobat: ꝛ ex iis que lucas in actibus apostoloꝝ scribit. Sȝ et petrus in quib⁹ etiam ipse ꝓuinciis iis q̄ ex circūcisione sūt p̄dicauerit christū/ꝓpriis vocibus in epistola quā ipsi⁹ absqȝ ambiguitate claruit eē/designat: ī qua ad eos qui in dispersione sūt scribit/sine dubio hebreos. Ipsi eteni dispersi dicunt: tanq̄ propriis sedibus pulsi ꝛ positi in dispsione/vt ait ipe/pōti/galacie/cappadocie/ꝛ asie/ac bithinie. Ex quibus si qui constantes in fide et emulatores verbi dei reperti sunt: etiam regendas ecclesias quas apostoli fundauerant susceperūt. Quoꝝ noīa non est facile explicare per singulos. Ex apostoli tamen sermonib⁹ colligere possum⁹/per multos esse quos ille nunc adiutores nūc cōmilitones/nunc etiam cōcaptiuos/ꝛ cōlaborantes in euangelio et comites nominat. Sed et lucas in actibus apostoloꝝ plurimos eius socios memorat et participes predicationis: sicut timothei meminit ac titi. Quorū alter in ephe so episcopus: alter ordinādis apud Cretam ecclesiis ab eo preficitur. Ipse autem Lucas genere quidem anthiocenus arte medicus comes vero pauli/et ceterorum apostolorum socius et necessarius fuit. Is ergo secundum hāc medicinam quam ex apostolorum societate vel traditione susceperat: duos nobis medicinales libros/quibus nō corpora sed anime curentur explicuit. Euangelium scilicet: in quo etiam sic prefatur. Sicut tradiderunt nobis inquit ii qui ab inicio ipsi viderunt ꝛ ministri fuerunt verbi dei: quos et ab inicio secutus sum. Et actus apostolorum quoo nō iam auditu perceperat sed oculis inspexerat. Tradunt autem ꝙ euangeliū suū ex pauli ore descripserit:

B

etipsū sit quod apostolus suum euāgeliū soleat nominare cū dicit/secundū euangelium meum:sicut z marcus que ex ore petri fuerant predicata conscripsit. Memoratur autē ex comitibus pauli/crescens q̃daz ad gallias esse profectus. Linus vero et clemēs in vrbe roma ecclesie prefuisse:q̃ comites z adiutores eius fuisse ab ipso paulo perhibentur. Sed z dionisium ariopagitam apud athenas quē lucas describit/primum paulo predicante credidisse/inter socios eius fuisse/z ecclesie atheniensium constat sacerdotium suscepisse. Sed nunc interim ad hystorie ordinē redeamus.

¶ Cap. iii. de successionib⁹ apostoli pauli.

Situr post neronē qui tredecim anno obsedit romani culminis principatum/galba z otho anno z sex mensibus detento principatu defūcti:vespasiano regni gubernacula derelinquūt posito p idē tempus in procinctu belli quod iudeis itē derat. Ubi ab ipso exercitu cuz quo oppugnabat iudeaz/subrogatur imperio. Isq̃z confestim romam tendēs/tito filio suo curam belli/z hierosolimoꝝ oppugnationis iniungit. Uerum post ascensionē domini et saluatoris nostri/iudei vel in ipm commissi piaculi/vel psecutionis i apostolos/et necis i stephanuz/sed z obtruncationis in apostolum iacobum/i iacobum nichilo minus fratrez domini(qui appellabatur iustus)sceleris admissi/ceterorūq̃z omniū quos propter fidē christi insidiis dolis atq̃ omni fraude nequitie circūuenerāt:p bis inquā omnibus malis/penas diuinit⁹ reposcebant. Et apostoli quidē ab illis pri⁹ fugati/ac p omnē locū dispersi sicut supra diximus/pgebāt i virtute christi/q̃ eis preceperat dicens. Euntes baptisate oēs gen-

B tes in noie meo. ¶ Ecclesia vero que in hierosolimis fuerat congregata/responso a deo accepto/emigrare iubetur z trāsire ad oppidū quoddaz Pellā noie trāsiordanē: quo ablatis ex vrbe sāctis z iustis viris vindicte celestis fieret locus/tam de vrbe sacrilega q̃ de populo impio p excidium patrie euersionēq̃z sumende. Quantis ergo malis gens tūc vniuersa mulctata sit:atq̃z ipsa iudee terra/bello/fame/igni/cedibusq̃z vastata sit quanta populoꝝ milia/patres simul cū coniugibus ac paruulis z liberis/absq̃z numero absq̃z discretione trucidati sint:que etiā diuersarum vrbium obsidiones:sed et ipsius magnifice z famosissime ciuitatis hierusalē quanta vastitas:z quāta fuerit diuersaꝝ mortium strages:quisue p hec singula belloꝝ extiterit modus:z vt scdm id quod prophete predixerant/abhominatio desolationis in ipso quondam dei famosissimo collocata sit templo:vtq̃z ad vltimū cuncta ignis populatus sit:z flāma consūpserit:si quis plenius nosse vult hystorias iosephi relegat. Nos vero ex dis ea tantum que ad explanationez suscepti operis sufficiunt assumemus:z in quibus refert/q ex omni iudea populi in die solēni i pasche/hierosolimaz velut exitiali quadam manu cogente conuenerant. Quos tricies centena milia hominuz dicit fuisse. Justo scilicz dei iudicio/tempore hoc vltionis electo:vt qui ī diebus pasche saluatorē suum z salutare christum domini/cruentis manibus z sacrilegis vocibus violauerant:in ipsis diebus velut in vnū carcerem omnis multitudo cōclusa:feralis pene exitium qd merebatur exciperet. Preteribo que ī eis vel gladii cede/vel aliis belli machinis collata sunt explicare:ea tantūmodo q̃ dire famis exitio ptulerūt/supradicti hystoriographi sermonib⁹ pferā:quo legētes hec/itelligant quantū piaculū sit:audere aliquid in christum:et q̃ grauibus hac causa suppliciis expientur.

¶ Capitulum. iiii. de iudeoꝝ grandi oppugnatione strage et fame qua oppressi sūt.

De itaq̃z. quintus iosephi hystoriaruz liber ponatur in medio. Ex quo omnis eoꝝ luctuosa tragedia pernoscatur. Diuitibus autē permanere inquit aut perire/vnum atq̃z idē erat. Si enī in vrbe permansissent facultatum suarum causa/crimine obiecto/quasi quide transfugiendo cogitarent/perimebantur. Necessitas vero famis/factiosoꝝ extollebat arrogātiā:

et vtrunqz simul inedia cũ temeritate cre
scebat. Publice quidem frumẽtum nusq̃
omnino erat. Sed irruentes vrbis predo-
nes perscrutabãtur domos: et si quid inue
nissent/tanq̃ de iis qui fefellerãt penas su-
mebant. Si vero non inuenissent: nichilo
minus tanq̃ eos qui occultius z diligenti
us abscon derint/cruciabant. Indicium ve
ro haberi ab eis pabula capiebant hoc ip-
so q̃ adhuc viuere et subsistere corporibus
videbantur: tanq̃ qui profecto iam inter-
issent/nisi absconditos vspiam tegerẽt ci-
bos. Si quos sane tabescẽtes macie vidis-
sent: hos cum venia preteribant superflu-
um putantes perimere/quos paulo post
absumeret fames. Multi tamen in occul
tis omni censu suo mercati sunt vnum me
trum. Si diuites/frumenti: ordei/si inferi
ores fuerunt. Et concludentes se in iferio
ribus quibusqz penetrabilibus dom⁹. Nõ
nulli nec in panes confectas fruges ede-
bant. Alii vero inquantum vel necessitas
vel metus permitteret/excoquebant. Et
mensam quidem nullus expectabat appo
ni: sed ex ipso semi usta igni rapientes/p
pria velut furtiua deuorabant. Et erat in-
felicis ipsius ibi spectaculum miserabile.
Cum validiores quiqz inuenta diriperent
Imbecillioribus vero nichil preter luctũ su-
pererat et lacrimas. Et omnium licet acer
bitates rerum superaret fames: nichil ta-
men ita subruit et subuertit/sicut verecun
dia. Quicquid enim saluis rebus pudore
dignum est: id in hac necessitate contẽni-
tur. Deniqz et vxores de virorum manib⁹
et filii de parentum. Et quod est infelicius
matres cibos de paruulorum suorum ma
nibus atqz ore rapiebant. Et cum dulcis-
simi liberi in manibus atqz ante ora posi-
ti tabescerent: exigua vite subsidia denti-
bus ipsis eximere nemo parcebat. Veruz
nec ipsos quidem infelices/et per exiguos
sumentes latebant cibos. Sed continuo a-
derat predonũ quis: et statim vt clausas
cuiuspiam conspexissent fores: indiciũ cre
debant hoc esse/q̃ intrinsecus positi ede-
rent. Et repente despicatis foribus preci-
pites irruebant: atqz ab ipsis vt ita dicaz
faucibus exprimentes/si quid forte sum-
ptum iam fuerat reuocabant. Verberabã
tur senes si cibum vendicare temptassent.
Sparsis etiam crinibus mulieres trahe-
bantur/occultare nitentes/si quid forte de
prehensum fuisset in manibus. Nulla
senibus pro canicie reuerentia: nulla erga
paruulos miseratio. Sed in exiguo panis
fragmento paruulos inherentes/ex ipso
cui inheserant suspensos elidebant in ter
ram. In eum vero qui raptores cibo preue
nisset assumpto/crudelius seuiebant. et ex
cogitabant dira supplicia/obturantes in
felicibus naturales digestionum meatus
Aliis vero preacutas sudes per eadem ve-
renda adigentes (horresco que gesta sunt
referens) ad confessionem per hoc vnius
panis aut ciati farine/miseros per urgebãt
Nam ipsi tortores nec patiebantur famẽ
(Esset eniz quodammodo tollerabilius/
si hoc compulsi inedia facere viderent) sed
vt vel prepararẽt sibi imposterũ cibos/vel
vt crudelitas exercicio conualesceret. In his
etiam si qui forte furtim per stationes ho
stium pro colligendis herbis erepsissent/
occurrentes eis qui hostium manus effu-
gisse gauderent/diripiebant quicquid at-
tulerant. Supplicantibus autem et terri-
bile quoddam sibi nomen dei inuocantib⁹
vt vel partem aliquem ex iis que cuz mor
tis periculo quesierant indulgerẽt: nichil
prorsus prebebãt: sed hoc beneficii loco cen
serat/si comprehensum viuum licuisset e-
uadere. ¶ His autem post aliquanta ad- B
iungit dicens. Judeis vero cum egressu vr
bis omnis pariter spes excludebatur salu
tis/z inualescẽs acerbitas famis/domos
simul et familias gentemqz vastabat. ita
vt in petrabilibus strata iacerent mulierũ
paruulorumqz cadauera. Per plateas ve
ro infelicium senum corpora/fame ma
gisq̃ etate consumpta. Juuenes vero atqz
omnis etas robustior/velut simulacra q̃-
dam in viis et egressibus oberrabant: cor-
ruentes quocunqz loci gressum subruisset
inedia. Sepelire autem cadauera proxi-

morum/nec defunctorum multitudo/nec
virium debilitas permittebat:simul z pro
sue vnusquisqz vite incerto. Deniqz ali/
quanti supra eos quos sepeliebāt animas
emisere. Multi etiam dum prosequuntur
funera priusq̄ ad sepulchrum veniretur ef
flabant. Sed nec planctus ex more defun
ctis exhibebatur aut luct⁹: quia hoc sibi to/
tum vēdicauerat fames. Sed nec aridas
inedie/humorem cuiquam reliquerat la/
crimarum. Obsederant ciuitatem profun
da silentia: et nox plena mortis cuncta con
texerat. Quibus malis omnibus grauio/
res soli vigebant predones: qui nec sepul/
chra quidem diripere et spoliare cadauera
illicitum ducebant. Non tam predam pe
tentes/q̄ scelus irrisione cumulantes:
et aciem gladiorum suoꝝ in cadauerū ob
truncatione probantes. Interdū etiam in
nonnullos adhuc spirantes mucro exami
nandus agebatur: quod alii semineces cū
viderent/supplices dexteras extendebant
vt in se quoqz beneficii loco conuerterent
scelus/quo scilicet cruciatibus famis velo
cius absoluerentur. Sed nouo crudelita/
tis genere/necem quam sponte inferebāt
si rogarentur negabant. Cum tamē vnus
quisqz deficiētiū cum gemitu oculos retor
queret ad templum: non de morte propria
dolēs/sed de impunitate predonum quos
superstites derelinquebant. Et primo qui
dem sūptu publico sepelire mortuos sus/
ferant fetoris intolerantia: vt vero omnez
sumptum cepit vincere multitudo morien
tium/de muro cadauera precipitabant.

¶ At cum titus circuiens peruidisset reple
tos mortuorum cadaueribus vallos/z hu
mani corporis tabe patriam terram riga/
ri: cum īgenti gemitu eleuatis ad celū ma
nibus deum inuocat testem/hoc suū opus
non esse. Et post aliquanta iterum talia
quedam prosequitur. Non cunctabor in/
quit proferre quod sentio. Arbitror enim
q̄ etiam si aduersum impios ciues/roma/
norum paulisper arma cessarent/aut hia
tu terre/aut aque diluuio/aut sodomita
nis ignibus et fulminibus celitus tortis/
supplicium ciuitas dependisset: que mult
infaustiorē illis qui hec ꝑpessi sunt/z ne
quiorem virorum presentem hanc ꝑtulis
set etatem: pro quibus et omnis gens pa
riter mereretur extingui. Sed et in sexto li
bro de eisdem talia scribit. Et eorum inq
qui per totam ciuitatem famis inedia co
rumpebantur/multitudo innumerabilis
erat: quorum nec explicari miseria potest.
Per singulas namqz domos sicubi fuis
set aliquid cibi repertum: bella continuo
cedes inter caros ipsosqz parentes ac libe
ros nascebantur: dum non solum e mani
bus: sed ex ipsis etiam faucibus inuicem
cibum rapere certabant. Fides autem ne
mortuis erat. Sed et ipsi cum iam spiritū
exalarent/perscrutabantur a predonibus
ne cui forte intra gremium cibi aliquid
sedisset. Alii autem per inediam biantes/
velut rabidi canes huc atqz illuc fereban
tur: et quasi insania quadam exagitati/
in easdem domos sub momēto tempori
iterum ac sepius irruebant. Omnia tam
necessitas vertebat in cibum: etiam illa q
nec mutis quidem animalib⁹ edere vsu
fuit. Ad vltimum ne loris quidem vel cin
gulis aut ipsis etiam calciamentis absti
nuerunt. Portarum quoqz indumenta de
trahentes/conficienda dentibus ingere/
bant. Nonnulli et feni veteris festucas e/
debant. Sed et de quisquiliis vndecunqz
collectis paruissimum pondus/dragmis
quattuor distrahebant. ¶ Sed quid opus
est per hec pondus famis illius explicare:
cum gestum sit ibi facinus/quod neqz a/
pud grecos neqz apud barbaros vllus ac
cepit auditus: horrendum quidem dictu
auditu vero incredibile. Equidem li/
benter tam immane facinus siluissem/
ne quis me crederet monstruosa narrare:
nisi multos memorie nostre viros testes
commissi sceleris habuissem. Paruo vero
nec aliquid in hoc patrie prestare me arbi
tror: si subtraham eorum malorum ver/
ba/quorum pertulit facta. Mulier quedā
ex iis qui vltra iordanis alueum comma/
nebant/maria nomine/eleazari filia/de

vico dethezod. quod interpretatur domus
ysopi genere et facultatibus nobilis/cum
reliqua multitudine que confluxerat hie-
rosolimis reperta/cõmunem cum omni-
bus obsidionis casum ferebat. Huius re-
liquas quidem facultates quas e domo in
vrbem conuexerat tyrãni inuasere. Si qd
vero relliquiaruz ex magnis opib⁹ fuerat/
quibus victum quotidianum pertenuem
duceret/irruentes per momenta predo-
num satellites rapiebant. Pro qui-
bus ingens mulierem velut insana iam
quedam ex indignatione fatigabat: ita vt
interdum predones maledictis necem sui
et conuitiis instigaret. Uerum cum neqz
irritatus quisq̄ neqz miseratus eam peri-
meret/et si quid forte cibi fuisset ab ea que
situm ab aliis queretur/nec iam vsq̄ repe
riendi copia fieret. Fames autem dira vi-
sceribus ipsis isisteret ac medulis: et ad fu
rorem iam perurgeret inedia fame et ira
pessimis vsa consultoribus / contra ipsa
iam armatur iura nature. Erat namqz ei
sub vberibus paruulus filius. Hunc ante
oculos ferens / infelicis inquit matris; o
infelicior fili in bello fame et direptione p̄
duum cui te seruabo? Nam et si vita spe
rari possit/iugo romane seruitutis vrge-
mur. Sed nunc ipam seruitutez preuenit
fames. Predones vero vtraqz vi grauio-
res perurgerent. Ueni ergo nũc o mi na-
te esto matri cibus/predonibus furor/se-
culis fabula. que sola deerat cladibus iu-
deorum. Et hec cum dixisset. simul filium
iugulat. Tum deinde igni superpositum
torret: et medium quidem cõsumit: mediũ
vero seruat obtectum. Et ecce cõfestim p̄-
dones irruunt/ob vste carnis nidore com-
perto mortem minantur: nisi sine mora ci-
bos quos paratos senserant demõstraret.
Tum illa equidem partẽ inquit vobis op
timam reseruaui. Et continuo que super-
fuerant membra detexit infantis. At illos
repente ingens horror inuasit: ⁊ immanes
quãuis animi diriguere: vox faucibus in-
terclusa est. Illa vero truci vultu/et ipsis
iam predonibus truculentior /meus inqt
hic filius meus est partus: ⁊ facinus meuz
est. Edite. Nam et ego prior comedi quez
genui. Nolite effici aut matre religiosio-
res: aut femina molliores. Quod si vos pie
tas vincit et execramini cibos meos /ego
que iam talibus pasta sum/ ego dis ite-
rum pascar. Post hoc illi territi tremen
tesqz discedunt/q̄ hunc solum ex omnib⁹
facultatibus misere matri relinquerant ci
buz Repleta est autẽ confestĩ ciuitas vni-
uersa nefarii sceleris nuntio. Et vnusquis
qz ante oculos facinus quod perpetratuz
fuerat adducens/tanq̄ si ipse hoc pͥpetras
set horrebat. Om̄s antẽ quos famis neces
sitas perurgebat: festinabant magis ad
mortez beatos dicentes eos quibus conti-
git interisse priusq̄ taliuz malorũ pollue-
rentur auditu. Hactenus iosephus.

Ca. v. de iis que a christo p̄dicta sunt.

Situr iudeos pro iis que in chri-
stum cõmiserunt piaculis talis cõ
secuta est pena. Dignum autez est huic
hystorie adhibere dominicas voces/quib⁹
ipse saluator talia secutura esse predixit.
Ue autem ait pregnantibus et nutrienti-
bus vel lactãtibus in illis diebus. Orate
autẽ vt nõ fiat fuga vr̃a hyeme vel sabbato
Erit enĩ tũc tribulatio magna qualis nõ
fuit ab initio seculi vsqz nũc. neqz erit. Col
ligẽs autem supradictus historiographus
omnem numerum peremptorum /vel fa-
me vel ferro/vndecies centena milia desi
gnauit. Ceteros vero latrones et sicarios
ac predones post vrbis excidium mutuo
declarat interisse vulneribus. Electos au-
tem quosqz iuuenum quos decor et proce-
ritas corporis cõmendabat/ad triumphũ
dicit esse seruatos. Reliquos autem qui
supra decem ⁊ septem annos agebant eta
tis/vinctos ad opera egypti per metalla
designatos/⁊ per ceteras prouitias esse di
spersos. Alii quidẽ vt ludis gladiatoriis/
alii vt bestiis traderẽtur. Si qui vero itra

septimum ⁊ decimum etatis reperti sūt an-
num/per diuersas prouincias in seruitu-
tem distrahi iussi sunt:quorum numerus
vsqꝫ ad nonaginta milia perductus est.
Hec vero omnia gesta sunt secundo an-
no imperii vespasiani/iuxta ea que ipse do-
minus ⁊ saluator noster iesus christus pre-
dixerat Quippe qui ea que gerenda erāt/
presentia iam videret tunc cum secundum
euangeliorum fidem/Uidens ciuitatem
fleuit super eam:et velut in auribus eius
prelocutus est hec verba. Si agnouisses i-
quit ⁊ tu/in hac die que ad pacem tibi sūt/
nunc abscōdita sunt ab oculis tuis. Quia
venient dies in te:et circundabunt te ini-
mici tui vallo/⁊ circundabunt te/et peru-
gebunt te vndiqꝫ/⁊ ad solum reducent te.
et filios tuos qui in te sunt. Sed et rursuꝫ
tanq̄ de populo dicens/erit eniꝫ (inquit)
necessitas magna super terram/et ira po-
pulo huic:et cadent in ore gladii:et capti-
ui ducentur in omnes gentes:et hierusalē
erit conculcata a gentibus/vsqꝫ quo cōple
antur tempora gentium. Et iterum. Cuꝫ
autem videritis circundari ab exercitu hie
rusalem/tunc scitote quia appropinquabit
eius desolatio. Comparet nūc vnusquisqꝫ
domini et saluatoris nostri sermones/cuꝫ
hystoriographi relatione/d̄ bello quod ge
stum est atqꝫ excidio ciuitatis. Et videns
mirā diuine prescīētie virtutem/agnoscat
predicentis diuinitatem. Hec quidem iu-
deorum genti post passionem saluatoris/
iusta vltione venerunt:pro eo q̄ auctorem
vite a semet vniuersa gens conclamauit
auferri. Ueruntamen nichil obstat ea ad
dere / per que pietas ⁊ clementia dei/licet
ingratis videtur oblata. Quadraginta
namqꝫ post admissum piaculum continu
is protracta annis impiorum pena differ-
tur. In quibus ⁊ apostoli omnes/precipue
tamen iacobus qui dicebatur frater domi
ni/in hierosolimis episcopus constitutus
indesinenter populum commisse impieta
tis ⁊ feralis ausi de scelere commonebant
si forte possent commissi penitudinem ge-
nere:si possent flere pro scelere:et vltrices
penarum flammas lachrimarum vberi[...]
te restringere. Ostendebat nanqꝫ eis de[...]
per suam patientiam q̄ ipsorum quere[...]
penitentiam. Quia non vult tantum de[...]
mortem peccatoris/quantum vt conue[...]
tatur et viuat.

Capitulum.vi.de portentis ante bell[...]
in vltionem mortis christi iudeis imm[...]

Ollire autem adhuc mentis eo[...]
duriciā nitebatur diuina maiest[...]
signis et prodigiis celitus datis terrore[...]
mul et minacē dexteram ostendendo p[...]
tiusq̄ inferendo. De quibus supradd[...]
hystoriographi fides/vt in ceteris etia[...]
in hoc sufficiens erit. Relegamus er-
go quid in sexto hystoriarum suarum li-
bro/de his ipse signauerit. Sed infelice[...]
inquit plebem teterrimi quidam homi[...]
et deceptores falsa vaticinantes suadeb[...]
vt euidentibꝰ signis ⁊ indiciis iracundie[...]
indignationis diuine non crederent. Qu[...]
bus aperte futurum et vrbis ⁊ gentis p[...]
sagiebatur excidium. Sed velut afflati[...]
amentes/⁊ qui neqꝫ oculos neqꝫ anima[...]
in se haberent/spernebant omnia que c[...]
litus nunciabantur. Etenim stella per[...]
gens/gladio per omnia similis/immine-
re desuper ciuitati/et cometes preterea e[...]
tiabilibus flammis ardere/per totum v[...]
sa est annum. Sed et ante excidiū tempus
ac belli/cum populi ad diem festum azi-
morū conuenirent/octaua die mensis sa[...]
dicis qui est aprilis/noctis tempore hor[...]
nona/tantus luminis fulgor/arā tēpluq̄ꝫ
circundedit:vt putarent omnes diem cla
rissimum factum:⁊ permansit spacio hor[...]
dimidie. Quod imperitis quidem ⁊ igna
ris prosperum videbatur. Sed legisperi-
tos et probos quosqꝫ doctores non latuit
exitiale portentum. In eadem quoqꝫ festi
uitate/vitula sacrificiis admota/et aris
assistens/inter ipsas ministrorū manus
enixa est agnam. Sed et ianua interioris
edis que respiciebat orientem cuꝫ esset ere
solita induta/ac proinde immensi ponde

Plurima autē scripta nobis hic vir studioꝝ monimēta dereliquit: quibus erudite eius sic ac diuinis dedite discipliniis indicia colligamꝰ. In quibꝰ emolumēti plurimū iuenire possint ii qui amorē doctrine et scientie gerūt. Extat igᷓ eius liber hic de quo supius memorauimus ad Antoninū qui dicebatur pius/ et filiū eiꝰ/ ac senatū/ pro nostra religiōe cōscriptus. Sed et secūdus nichilominus defensionē nostre fidei cōtinens: quē scribit ad successorē suprascripti principis ātoninū verum cuius tēpora nūc cepimus explicare. Sed et alius liber est aduersū paganos: in quo de singulis vel nostris vel grecoꝝ philosophis cōferens/ disputationē latissimā cōscripsit. Ibi etiā de natura demonū disserit quedā: que his inserere lōgū est. Sed z alius liber est aduersū paganos qui supscribitur cōfutatio. Est aliꝰ eiusdē de monarchia: quē nō solū de nostris libris sed et de grecoꝝ voluminibꝰ texuit. Est z alius qui supscribitur psaltes. Et alius velut in subnotationū modo de aīa/ in quo diuersas q̄stiones iseruit ex iis que apud grecoꝝ philosophos agitant. Quibus contra dicturum se repromittit: et suā de his sententiā in illꝰ respōsionis volumine platurum. Composuit etiā dialogū quasi cū iudeis: quē apud ephesū cū triphone hebreoꝝ nobilissimo doctore habuit. In quo exponit/ quomodo ipse per diuinā gratiam ad credulitatē vere fidei perductus sit: cū prius i mensū studiū erga philosophoꝝ gesserit disciplinas/ pquirende veritatis amore incētus. Simulq3 refert de iudeis/ ꝙ aduersum ecclesiā christi insidiis ferabilibus agit z pro his insimulat triphonē dicens: quia nō solū nō penituistis pro iis que a vobis male gesta sunt: sed et viros aptos ad hoc elegistis de ierosolimis/ z misistis per omnē terrā/ qui circūirent z dicerent/ impiam heresim surrexisse christianoꝝ: simul z crimina quedā diffamarent aduersū nos. Quo scilicet per hoc ignorantes quiq3 deterriti/ consortia nostra vitarent. In quo non solū vobisipsis/ sed et aliis opprobria figēdo causa mortis extitistis. Scribit autem ꝙ vsq3 ad sua tēpora/ pphetie gratia in ecclesiis floruit. Sed z apocalipsum/ Iohannis apostoli esse dicit. Prophetias etiam quibusdā vtitur testionis ad Triphonē: quincēs eū de his/ ꝙ iudei absciderunt hec de scripturis z abstulerint. Sed z multa eius alia apud ꝙplurimos fratrū ferūtur: que ita pbabilia ac digna a veteribus iudicata sunt vt hyreneus ex ipsis inueniatur assumere: et in quarto aduersū hereses libro/ de his hoc modo scribere. Et bene inquit iustinus in eo volumie quē aduersū Marcionē scribit/ ꝓsecutꝰ est dicens quia ipsi dn̄o nunꝙ acquiescerē/ si aliū deum diceret preter oim creatorē. Et iterum in quinto eiusdē operis libro dicit. Et optime inquit iustinꝰ affirmat/ quia ante aduentū domini nunꝙ ausus est sathanas blasphemare deum. Quippe qui nondū cognouisset damnationē suam. Hec autem necessario nobis de opusculis Iustini dicta sint/ ad inquisitionē librorū eius studiosos quosq3 fideliū prouocantibus.

¶ Ca. xix. qui tunc rome Alexandrie z antiochie episcopi prefuerant.

Situr octauo anno supradicti principis/ Aniceto vndecimo anno episcopatꝰ sui defūcto/ successit Soter. Apud Alexandriam vero Celadion quattuordecim annis ministrato sacerdotio/ Agrippinum successorem reliquit. ¶ Apud antio-

dnis vero theophilus per idē tempus sext⁹
ab apostolis/ecclesie pontificatū tenebat
Ubi quartus post beronē fuerat corneli⁹:
Post quē quinto gradu beros successerat.

¶ Ca.xx. qui tūc ecclesiastici scriptores eni tuerunt.

Unc etiā Egesippus de quo supra memorauim⁹/insignis babebatur. et dionisius corinthiorū episcopus. Sed et pinitus nobilissimus apud cretam in episcopis fuit. Philippus etiā et Apolinaris. et melito. Musanusqꝫ et modestus/ꝛ precipuus byreneus: quorū omniū ad nos vsqꝫ/apostolice fidei et sane doctrine predarissima monimenta perlata sunt.

¶ Capitulū.xxi. de egesippo ꝛ que ipse cōmemorat.

Ex quibus Egesippus in quinto cōmentariorū libro/ vbi sententiā sue fidei plenissima cum astructione designat indicat boc etiam ꝙ cū ad vrbem romam pergeret/plurimis per loca singula episcopis/in sermone et caritate cōgressus/oēs eiusdē fidei predicatores doctoresꝫ repererit. Simul et de epistola Clemētis ad corinthios scripta quedā ꝯmemorat:que etiam inserere buic operi nostro necessarium duxi. Ait ergo. Et permansit inquit ecclesia corinthiorū i predicatiōe recta vsqꝫ ad Primū episcopum: quem romā nauigās vidi:ꝛ resedi cum eo apud chorinthū dieb⁹ multis/delectatus fide eius puritate. Cū autē venissem romam/permansi inibi:donec Aniceto soter ꝛ Soteri successit eleuterius. Sed in omnibus istis ordinationib⁹ vel in ceteris quas per reliquas vrbes videram/ita oīa babebant/sicut lex antiqui tus tradidit:et ꝓpbete īdicauerūt:ꝛ dominus statuit. Idē ipse etiam de bereticis ꝗ suo tēpore exorti sunt/talia quedaꝫ cōmemorat. Et posteaꝙ (inquit) iacobus ꝗ cognominatur iustus mart yr effectus est/sicut būs etiā ipse reddēs ait testimoniū veritati. electione diuina symeon cleophe fili⁹ episcopus ordinatur:electus ab oībus/pro eo ꝙ esset cōsobrinus domini. Propterea autē tunc ecclesia virgo vocabatur:qꝛ nōdū fuerat adulterini verbi subreptiōe corrupta. ¶ Sed Theobutes quidā quia repulsuam meruit episcopatus/ipse cepit ī initio perturbare oīa ꝛ corrūpere/qui erat ex septem beresibus in populo cōstitutis. Ex quibus erat et symon/a quo symoniani. Cleobius vnde cleobiani. Et Dothitheus vnde dothitbani. et gorgotheus/vnde gorgotheni. Et masbutheus. vnde masbutheni. Sed et Menander. vnde menādriani: Ab ipsis et marcioniste. Et carpogratiani et valentiniani. et Basilide. et saturniani. Quorū vnusquisqꝫ diuersis corruptionibus fidei seorsum scisma componēs/ꝓpriam sectam et proprios babuit sectatores. Ex ipsis ꝓcessere pseudo christi ꝛ pseudo ꝓpbete et pseudo apostoli: qui in diuersas partes/fratrū vnitatem scindentes/per corruptelam doctrine castum ecclesie cubile macularūt:impietatē loquentes aduersus dñm/et aduersus christuꝫ eius. Sed et antiquas iudeorum bereses idem ipse scriptor que vel quāte fuerint/per bec verba designat. Erant inquit diuerse sententie in circūcisione/id est i filiis israel: ꝗ maxime aduersabātur tribui iude ex qua christus est. Erāt ergo essei/galilei. Emerobaptiste Masbutei Samarite Saducei Pbarisei. Sed et alia quāplurima scribit de quibus ex parte iam pro locorum oportunitate i superiorib⁹ mēorauimus. Disseruit autem et de euangelio secūduz bebreos et sirios. Et quedam etiam de ligua bebraica disputauit: et iudaicarum traditionum meminit:per que indicat se ex bebreis ad fidem christi venisse. Uerum et ipse/et Hyreneus/et omnis antiquorum chorus/librum attitulatum sapientie/salomonis dixerunt/sicut ꝛ prouerbia. Et cetera. De apocriphis vero cum ageret aduersus quosdaꝫ bereticos/corrupta in bis quedam ac falsata esse perbibuit.

¶ Ca.xxii. de dyonisio episcopo corinthiorum et eius scriptis.

Ed veniendũ nobis est tandẽ ad
beati dyonisii cõmemorationem/
Corinthiorũ ecclie epi: cuius eruditione et
gratia quã habebat in verbo dei/fruebant
non iĩ populi solũ quos regendos accepe/
rat: sed ꝛ procul positi: quibus ꝑ eplãs pre/
sentiam sui reddebat. Extat deniqꝫ eiꝰ ad
lacedemõios scripta de catholica fide epla
in qua ꝛ de pace atqꝫ vnanimitate florẽtis/
sime edocet. Et ad alia athenienses: in q̃ ad
euangelii credulitatẽ inuitat/et cõcitat se
gniores: simul ꝛ arguit quosdaꝫ/velut pe
ne prolapsos a fide: cũ epũs eorũ Publius
fuisset martyrio cõsũatus. Sed ꝛ quadra/
ti qui publio martyri successerat ĩ sacerdo
tio meminit: simul et memorat/ꝙ labore
eius ꝛ idustria/reddiuiuus q̃dam in eis ca
lor fidei reparatus sit. Et illud in eadẽ de
signat epistola/ꝙ dyonisius Ariopagites
qui ab apostolo paulo instructus credidit
christo: scdm ea q̃ in apostolorũ actibus de/
signant: primus apud athenas ab eodem
apostolo epũs fuerit ordinatꝰ. Fert ꝛ alia
eius epistola ad nicomedieñses: ĩ qua here
sim marcionis ĩpugnat: et ecclĩastice fidei
regulã mirabili ratione cõstituit. Scribit
et aliam ecclie gortinẽsiuꝫ: ceterisqꝫ simul
ecclesiis crete: ĩ qua episcopũ ipsorũ Philip
pũ/velut magnis virtutibus et optimis
studiis preditũ ꝓtestatur. Dicit aũt ad he
reticorũ cõuiuiis abstinẽdũ. Scribit ꝛ aliã
ecclesie amastrenorũ: ceterisqꝫ cũ ea ponti
ecclesiis: in qua bachilidis ꝛ helpirti memi
nit: tanq̃ q̃ eum cohortati sint ad scriben/
dum. Et multa in ea ex diuinis scripturis
explanat: simulqꝫ episcopi eorũ mentionẽ
facit nomine palmee. Sed ꝛ de nuptiis et
castitate plurima cõmemorat. Et ex quo/
cũqꝫ lapsu resurgentes ꝛ cõuertentes se a
peccato/etiam si ab heretica peruersitate
resiliant suscipi iubet. Coniũgit ꝛ his alia
eius epistola ad gnosios: in qua cõmonet
et deprecatur epm̃ eorũ Pynitũ/ne grauia
onera discipulorũ ceruicibus superponat
ne ve fratribus necessitatẽ cõpulse castita
tis indicat: in quo nonnullorũ periclitet in
firmitas. Ad que rescribẽs pynitus dyoni
sio sententiam quidẽ cõsilii melioris am/
plectitur. Simulqꝫ obsecrat eũ/post illa q̃
prius scripserat/robustioris iaꝫ ꝛ validio/
ris cibi de cetero scripta trãsmittere: quib⁹
ad meliorẽ profectũ/ecclie sue populus ale
retur: ne semꝑ cibo lactis inherẽtes/puulo
rum vitam in corpore iam senescẽte pduce
rent. Simul ꝛ recte fidei sue insignia/ꝛ sol
licitudinẽ quaꝫ erga curã plebis expendit/
eruditionisqꝫ ac sapientie ꝛ verbi diuini/ĩ
hac epistola pynitus nobis velut ĩ quodaꝫ
speculo viuentẽ sui hereliquit ymaginem.
Dyonisii autẽ fertur ꝛ alia ad romanos/
data ad epm̃ soterem. In qua instituta an
tiquitus tradita/in ecclesia romana custo
diri illũ libẽter amplexũ. his ĩdicat verbis
A pricipio nanqꝫ moris est inq̃t vobis/oẽs
fratres variis iuuare beneficiis: multisqꝫ
ecclesiis que sunt per diuersa terrarũ loca/
cuncta quibus indigent destinare. Singu
lorũ quoqꝫ necessitates in oibus cõsolari.
Sed ꝛ ꝑ metalla fratribꝰ relegatis/q̃ vsus
poscit prebere. Hec ad initio romane ecde
sie facere moris fuit a patribus sibi huius
cemodi institutiõe dimissa/ꝛ semꝑ integre
custodita. Beatus vero epũs vester soter/
non solũ seruauit q̃ patres tradiderant: sꝫ
et auxit in melius. Qui nõ tantuꝫ sanctis
que vsus corporalis poscit ĩpartit: verũ et
aduenientes fratres clemẽti satis ꝛ mitis/
simo cõsolat alloquio: et tanq̃ pium se ac
religiosum patrẽ singulis exhibet. In hac
ipsa scriptura/meminit etiam epistole cle
mẽtis ad corinthios scripte: significans ve
tere instituto ꝛ antiqua ꝯsuetudine semꝑ
ipsaꝫ epistolã lectã esse ĩ ecclia. Deniqꝫ sic
dicit beatam inq̃t duximus hodiernaꝫ do
minicam diẽ: in qua legimus epistolaꝫ ve/
stram/quaꝫ ꝛ semꝑ ad nostri cõmonitõeꝫ
legimus: sicut ꝛ illam priorez a clemẽte ad
nos scriptam. Idem adhuc ipse de episto/
lis suis tanq̃ falsitatis a quibusdam/hec
scribit. Epistolas eniꝫ quasdaꝫ fratribus
rogantibus me scripsi: quas tamẽ aposto/
li sathane zizaniis repleuerũt: quedam au
ferentes/alia autẽ addentes. quibus ve re
positũ ẽ ĩ iudicio dei. Quid aũt mirum si

dñica verba sancte scripture falsare conati sunt: qui vilia hec que nos scripsim⁹ corruperūt. Fertur adhuc et alia preter istas Dionisii ad Crisophoram fidelissimam sororem scripta: in qua cōuenientes vel sexui vel mēsure eius rationabiles et diuini verbi exhibuit dapes. Sed de dionisio satis sit dictum.

¶ Ca.xxiii. de theophilo anthiocheno epō

Theophili vero quē anthiochie episcopū supra diximus / ferunt tres istitutionū libri ad Autolicū scripti. Et alius aduersū heresim hermogenis: in quo z testimoniis vtitur de reuelatione Johis. Sed et alii extant eius instructionū variarū libri. Igitur ea tēpestate heretici p omnē locū zizanioꝝ modo / pura verbi dei semina maculātibus / et areas apostolice doctrine adulterina ad mixtiōe fedantib⁹ ex omni parte sacerdotes dñi velut vigilātes agricole / excitere eoꝝ expurgare mala semina nitebantur: et tanq̃ solliciti pastores / insidiantes lupos gregibus christi clamoribus simul insectationibusqz repellere: cōmonendo fratres / instruendo / scribendo etiā longe positos. Ipsos quoqz interdū sicubi corā deprehendissent comm⁹ perurgendo: z verboꝝ lucta ac disputationum certamine prosternendo. Alii etiam posteris consulentes / questiones eorum et peruersas obiectiones / editis cōmentariis confutando. Inter quos et theophil⁹ (de quo nunc loquimur) non ignobili aduersū eū id est aduersū martionē / indicatur ex iis que legimus disputatiōe cōgressus. Huic igitur / septimus ab apostolis i Anthiochene ecclesie sacerdotio maxim⁹ successit. Sed et philippus quē cortinensis ecclesie episcopū supra diximus / nobile etiā ipse monimentuz aduersū martionē dereliquit. Similiter z hyreneus Magnificentius aūt ceteris modest⁹: qui oēs ipsi⁹ deceptiōes z fallatias retecto quo velabantur nequitie tegmine denudauit.

¶ Ca.xxiiii. de melitone et eius scriptis.

a Melito quoqz Sardensis Antites ecclīe / z apollinaris apud ierapolim ecclīam regens / celeberrimi inter ceteros habebantur. Qui z imperatori romano / apologeticos similiter libros pro nostra fide luculētissime cōscriptos porrexerunt. Horū quāta relicta sint mōimēta q̄ ad nostrā vsqz ad notitiam puenerūt / infra ostenditur: Melitonis de pasca libri duo. De optima cōuersatione liber vnus Sed z de pphetis. De ecclesia. De die dominica. De fide hoīs. De figmēto. De obedientia fidei. De sensibus. De aīa et corpore et mente. De lauacro. De veritate. Item de fide. De generatione christi. z de pphetia eius. Item de aīa et corpore. De hospitalitate. Item liber qui dicit clauis. De diabolo z reuelatione iohis. De deo corpore induto. Et post oīa liber ad antoninū verū. In libello suo de pascha / tēpus quoqz quo scribebat isinuās ita dicit. Sub sergio iquit paulo pcōsule asie / quo in tēpore sagaris martyrio coronatus est: questio ingens oborta est apud Laoditiā de pascha: quibus diebus hec scripsimus. Huius etiā ipsius libelli mentionē facit clemens Alexandrin⁹ in opere suo / vbi de pasche ratione scribit: q̄ se dicit ex occasione huius ipsius libelli qui a melitone prius editus fuerat scribere. ¶ In eo autē li- B
bro quē ad iperatorē scribit. talia quedaz memorat illis tēporibus aduersū nos gesta Quod nunq̃ inquit factū est / nūc persecutionē patitur genus pioꝝ. Effugant vndiqz nouis decretis per omnē asiā promulgatis. Impudentes nāqz hoīes et calūniosi qui rapere aliena desiderant / occasione accepta impialiū preceptoꝝ / more p̄donū die noctuqz grassantur et diripiunt innocentes. Et post aliquanta iterū dicit. Etsi quidē te iubente hoc faciunt / bonuz credamus quicquid iusto impatore iubēte cōmittitur. Sed et nos libenter ferim⁹ mortē quā a te cognoscimus irrogari. Sz hoc est solū quod te obsecram⁹: vt ipse prius ministros pteruitatis huius requiras et si a te mādate sūt iste quas irrogāt mortes / ipse discutias. Si vero tuā quoqz conscientiam preceptum istud tam inmane

et tam barbarū latet: obsecramus ne nos
despitias/nec patiaris religiosos ciues tā
publico patrocinio iugulari. Et iterum
post aliquāta addit etiā hec. Etenī philo/
sophia hec qua nos vtimur/primo quidē
florebat apud Barbaros. Introducta est
autē etiā Romane vestre cōuersatiōi Au
gusti tēporib⁹. Ex quo ꝛ regni vestri subli
mius culmē ascēdit/obseruantie hui⁹ au
spitiis eleuatū. Cuius īperii feliciter ꝓpa
gati/tu felix successor existis: ꝛ traditū tibi
feliciter seruas vna cū filio. Propter qđ ꝛ
simul tibi cū īperio traditū nostre philoso
phie ritū/pari religione custodi: velut qui
ingressu suo patribus tuis causā ꝓsperita
tis intulerit: et fidē que cū ipsius August
felicitatib⁹ adoleuit/ītegrā tu quoqꝫ nūc
regnās illibatāqꝫ cōserua. Quia nec ipsi
Augusto in īgressu eius vel ī progressu tri
ste aliquid accidit. Sed ꝛ ꝯtrario leta oīa
et oīa magnis successibus plena: obsecrā/
tibus deū sūmū/pro īperii eius statu reli/
giōis huiusce cultoribus. Nec quisquā pri
cipū/nisi nero solus ꝛ domitianus/nequā
hoīm suggestionibus/ aduersati sūt dog
mati nostro. Ex quoꝝ tēpore accidit nos
falsis calūniis infamari. Sed illoꝝ erro/
rem qui ex ignorātia venerat/emēdauerūt
patres tui: qui frequētibus post modū de/
cretis/aīaduerterūt ī eos qui auderēt mo
lestie aliquid huiusmodi cultoribus īrro/
gare. In quibus auus tuus Adrianus/et
ad alios quidē multos iudices/ꝓcipue ta/
men ad fūdaniū ꝓcōsulē asie/ ꝓ hoc litte/
ras dedit. Pater vero tuus tecū pariter ro
mani regni apicē regēs/oībus quidē ge/
neraliter ciuitatibus/maxie tamē Ad las/
risseos/et ad Thessalonicēses. et ad Athe
niēses/ꝓ his mittit edicta. Te vero mul
to magis eandē credimus seruare sentēti
am: imo ꝛ multo clementius cōfidim⁹ ꝓ/
uisurū: tanq̄ qui vere philosophie ꝛ pure
religionis amator existas. Hec et multa
alia nobilit ab eo scripta in libello de quo
memorauimus īserūtur. In iis aūt que
de explanacione scripturarū scribit/quasi
in ꝓfetione enumerat/que sint volumina
veteris testamēti que ī canone debeāt ob/
seruari. Quā partē scriptē/indere hic ne
cessariū puto. Melito Onesimo fratri sa
lutē. Quoniā quidē frequēter me roga
sti pro studio quod habes erga verbū dei
vt excerpam tibi testimonia ex lege ꝛ pro
phetis de saluatore ꝛ de fide nostra/simul
qꝫ idicē/qui sit ordo vel numerus veteris
testamēti voluminū: Postulata libēter
pleui: sciens quod sit in te discendi studiū
vel quanta fidei deuotio. et eterne vite de
siderio nichil ꝓponis. Scias ergo pertisse
me vsqꝫ ad oriētis locū: vbi ꝓdicatiōis no
stre cepit exordiū: ꝛ vbi gesta sunt illa oia
que legūtur scripta: ibiqꝫ diligenter de oi
b⁹ explorasse/que essent veteris testamē
ti volumīa. Ibi igitur que cū oī inuestiga
tiōe cōperi hec sunt. Moysi libri quinqꝫ
Genesis. Exodus. Numerus. Leuiticus
Deuteronomiū. Tū deide iesus naue. Iu
dicū. Rut. Regnoꝝ libri quattuor. Pa/
ralippomenō libri: ii. Psalmi dauid. Sa/
lomonis prouerbia sapientia: ecclesi/
astes. Cātica cāticoꝝ. Job. Prophete sūt
Isaias. Hieremias. Duodeci ꝓphetaꝝ li
ber vnus. Daniel ꝛ Ezechiel. Esdras. Ex
his ergo ꝛ Eglogas tibi/id est excerpta te
stimonia ī sex libris digesta trāsmisi. De
melitionis monimētis ista cōperimus.

Cap. xxv. de appollinare ꝛ eius scriptis.

Apollinaris vero cū multa a mul
tis habeant ad nos tamē ista sūt
que venerūt. Apologeticus liber ad predi
ctū impatorē scriptus. Et aduersū paga/
nos libri quīqꝫ. De veritate libri duo. Et
quos postmodum edidit aduersum Ca/
tafrigas: Mōtanum scilicet. et pseudo ꝓ
phetas eius: qui tūc primū deuiandi are/
cto itinere exordium sumpserant.

Ca. xxvi. de musano et heresi encratita
rum et seuerianorum.

Ed et Musani cuius in ꝓcedenti
bus fecim⁹ mētionē/fert libellus
multa elegātia scrip⁹ ad quosdā fratres
qui declinauerāt ad heresim que dicit En
cratitaꝝ/tūc nup exortā. Cui⁹ auctorē exti
tisse tacianū sermo asserit: illo ipo de quo
in superioribus memorauimus beato Iu
stino/testimoniū dante: cuius cū et discā

pulum ferunt. De quo tamē Hyreneus
in primo libro cōtra hereses hoc refert. A
Saturnino inquit et Martione descen/
derunt li qui vocantur Encratite/nuptias
refutantes: que adeo antiquitus institute
sunt: et subtiliter accusantes illum qui ab
initio masculū et feiam ad restitutionem
humani generis fecit. Sed ꝛ ab aīalibus
abstinenduꝫ predicant: ingrati existentes
deo/qui hec humanis vsibus pcreauit.

B ℭ Cōtradicunt etiā primi hoīs saluti. Et
hoc nunc inuentum est ab iis quibus Ta
tianus quidē auctor extitit: et huiuscemo
di blasphemias introduxit. qui fuit quidē
auditor iustini: sed donec cum ipso fuit/
nichil tale se sētire prodidit. Postea vero
ꝙ ille martyr effectus est/abscidit se ab ec
clesiis: doctoris arrogātia tumidus/ꝛ ela/
tione nimia inflatus: tanꝙ ꝗ se ceteris du
ceret meliorē: pprium mallens ꝙ a veteri
bus traditum docendi īstituere stilū: secu
la quedā inuisibilia secundū Ualētini fa
bulas ītroducēs. Nuptias autē ꝛ fornica
tionē corruptionēq3/pari iudicās lege: sī/
milia Martioni Saturnino q3 ꝯfirmās.
De salute vero Adam indubiū deducēda
nouis questiōibus ꝯmentatur. Et paulo
post idē Hyreneus addit etiam hec. Nō
multo aūt inquit post/Seuerus quidam
supradicte heresi robur adiungens/fomē
ta maxima ei⁹ sectatorib⁹ prestitit: vnde ꝛ
magis Seueriani appellati sunt. qui vtū
tur quidē lege ꝛ prophetis ꝛ euāgeliis: sꝫ
propria quadā īterpretatione scripturarū
sensū peruertunt. Obtrectāt autem Pau
lo apstolo/et refutant eius epistolas. Sꝫ
neq3 actus apostoloꝝ suscipiunt. Uerūta
men prior eoꝝ auctor Tatian⁹/collatōēꝫ
quādam faciens euangelioꝝ/nescio quo
modo cōposuit euāgelium vnū ex quatu/
or: quod dyatesseron nomīauit: qđ etiam
nūc habet a multis. Dicit aūt ꝛ nōnulla
ex sermōib⁹ apostli ꝯmutasse: tanꝙ ꝗ emē
dare velit ordinē ꝯpositionēq3 vboꝝ. Re
liqt aūt hic ipē īfinitū libroꝝ nūerū. Sed il
le quē aduersū gētes scripsit liber/ex oib⁹
scriptis ei⁹ pcipuus ꝛ valde vtilis ꝯprobat
Sed de his satis dictum

ℭ Cap. xxvii. de bardesane et eius scriptis

Eridē tpūs inūeris heresibus vbi
q3 pullulātibꝫ ꝛ pcipue apud Me/
sopotamiā/ Bardesanes quidā vir diser/
tissim⁹ in Siroꝝ lingua ꝛ vehemēs diale/
cticus/aduersuꝫ Martionem aliosq3/nō/
nullos dialogos scribit: quos ppria ligua
cōpositos edidit. Sed ꝛ plura alia ei⁹ ex/
tant volumina que discipuli ei⁹ ī grecum
vertere sermōem. Erat namq3 ita potēs
in verbo et doctrina/ꝛ in disputationibus
validus/vt plurimos et nobiles viros ha
buerit sectatores. Est et ei⁹ ad Antoninū
de Fato potentissimus dialogus. Sed et
alia multa scripsit que satis vtilia ꝛ perne
cessaria/persecutionū que tunc erant tem
porib⁹ extitere. Ferunt autē hunc ipm fu
isse primo de valētini scola. Sed cū magi
strum notasset erroris/et ineptas eius fa
bulas arguisset: visus est sibi ad melioreꝫ
ꝛ rectaꝫ fidē sententiam conuertisse. Nec
tamen ex integro veteruꝫ errorum sordes
maculamq3 deposuit. Eisdem vero tēpo
ribus etiam romane ecclesie Soter episco
pus viuendi finem fecit.

ℭ Explicit liber quartus.

ℭ Incipit liber quintus.

Situr soteri episcopo octo
annis in vrbe Roma sacer
dotio ministrato/duodeci
mus ab apostolis succedit
Eleuterius /septimodeci/
mo anno imperii Antonini veri. Quo in
tēpore per multas romani orbis prouinti
as ex acclamatiōe ꝛ seditiōe vulgi/persecu
tiones aduersum nostros durissime cōcita
te sunt: ita vt multa milia martyrum per
loca singula fierent. Quod cōicere ex iis
facile possumus/que ad rerum gestarum
memoriā conseruandam/litteris manda
ta repimus. Et quāuis de hoc plenior no
bis narratio quam de singulorum marty
riis prosecuti sumus suis titulis videatur
exposita/que instructiōem pariter doctri/
ne et scientie necessariam non minimam
continet: tamen que etiam presenti operi
cōpetere duxim⁹ pauca īserem⁹ e multis

Alii nanqz scriptores hystoriarū referant
bella tropheа victorias/magistratuū du/
cūqz fortia gesta concelebrēt:mortesqz ci/
uium aut hostiū narrēt/patriā/coniuges
liberos/diuersis cunctis cedibus cōfusa de
scribāt: Noster hic sermo quia narratiōez
cōtinet de iis que ad deū pertinent rebus;
absurdū non erit si bella describat/que ca
ro p aie salute ppessa est: z pugnas quas
anima vt celestem patriam recuparet exce
pit:si certamina eius referat que pro fide
veritatis exegit:in quibus non aduersum
mortales milites/sed aduersum spiritua/
les demones dimicauit : non pro liberis
carnis/sed pro spiritus libertate. Si inq̄
monimentis litterarū mandemus prelia
que non pro terrarū spatiis/nec prouintia/
rum possessionibus/sed pro celoꝝ regno
et paradisi hereditate peracta sūt. Non re
gi mortali imperiū quesitura/sed ab imor
tali rege omnium deo/triumphorum glo
riam perceptura.

¶ Cap. i. de persecutione ī christianos sub
antonino vero apud lugdunū z viennā.

Alliarū nobilissime vrbes/ Lugdu
A nensiū ciuitas habetur z viennen/
sium. Quas precipiti lapsu preterfluit ro
danus/nobilissimus fluuioꝝ. In his que
et quanta erga dei martyres gesta sint su
pra memoratis antonini veri tēporibus/
descripta per ordinem ab eis ad ecclesias
Asie et frigie fideli relatione transmissa
sūt. De quibus vt fides certior habeatur
ipsis scriptorum exempla subitiā. Serui
christi habitantes apud viennā et lugdu/
nū gallie vrbes/fratrib⁹ oib⁹q̄ per asiā z fri
giam eādem quam nos redēptiōis christi
fidem et speciē gerunt/pax vobis z gratia
et gloria a deo patre z christo iesu dn̄o no/
stro. Et cū nonulla velut ī prefatione pro
secuti viderentur:post aliquāta ita rerum
gestarum orditur initiū. Tribulatiōis
aiunt nostre magnitudinem/et gentiliū
furorem/quē sanctis martyribus intende
runt/sicut est enumerare:ne presentes qui
dem ipsi sufficimus:nedū scriptura cōpre
hendere. Omnibus etenī viribus cōgress⁹
est inimicus/tanq̄ qui iaz p acerbitatē p
secutionis aduentus sui ostentaret initia:
et per hoc instrueret z informaret ministros
suos/aduersus seruos dei om̄e ministeriū
sceleris z crudelitatis explere:ita vt primo
domorū nobis phiberetur habitatio. Tū
deinde vsus balnearū. Post etiā processus
ad publicū. Ad vltimū ne oīno in quolibet
loco domi forisqz publico priuatoqz vide
remur. Sed aderat dei gratia/que fragi
liores quosqz nostrorum de manibus eoꝝ
eripiebat. Procedebāt autē in medium vi
ri stabiliores columnis:qui possent p patiē
tiam suā nō solum ferre impetus quos q̄
cogitabat inimicus :sed et vltro expetere,
et spōte se oībus vl' opprobrioꝝ vel tormē
torum cruciatibus obiectare:z lacessenti
bus iam pene tortoribus/ipsi z adhuc pa
rum putare:pro eo q̄ morā sibi hanc esse
quodaz modo ad christū festinātibus cre
derent. Rebas fere ipsis et patientie vir
tute clamantes/quia non sunt condigne
passiones huius tēporis ad futurā glo
riam que reuelabitur in nobis. Ferebant
ergo fortiter acclamationes aduersuz se/
et probra atqz iniurias populi/z cōtume/
lias eoꝝ laudes suas ducebant. Sed z ver
berari se ab eis ac lapidari/z concludi pa
tienter accipiebant:equaminiter suscipiē/
tes quicquid illud furentis vulgi excogi/
tasset insania. Deniqz quodā tēpore astā
te tribuno et prioribus ciuitatis/pro solis
acclamationibus populi/correpti z in car
cerē trusi sunt fratres/vsqz ad presentiaz
presidis : cuiqz aduenienti offeruntur. In
quos ille tanta crudelitate vsus est/vt se/
uitie eius spēs singulas nemo possit expo
nere. ¶ Vectius igitur pagathus vnus ex
fratribus/qui z in deum perfectā caritatē
z in hoīes integrā custodiret/cuius vita cū
eēt adolescēs/ita erat examiata oīb⁹ z pro
bata:vt etiaz grauissimis senibus prefer/
retur. Incedebat enī in oībus mandatis
et iustificationib⁹ dn̄i sine querela. Ad ob
sequia quoqz seruoꝝ dei promptissimus
erat. Is cū zelo diuino z feruore spirit⁹ ple
nus/taz crudelia seruis dei supplitia vide

ret inferri/ z cōtra ius fasqz tot penas hu
manis visceribus excogitari:indignitatē
rei vltra nō ferens/poscit se audiri pro
fratribus optimis/quibus nichil īpietatis cō
missū pbari poterat locuturū. Erat eñi z
nobilissimus iter suos/ z ērudītissim⁹. Ve
rum cū defensionē eius nō reciperet obsti
natio iudicis:inquirit tantū ab eo/si esset
et ipse christianus. Atqz christianū se esse
clarissima z libera voce testatus est/tanq̄
aduocat⁹ inquit christianoꝶ z ipse vincto
rum numero societur. Sed in docilli qui
dem qd dicerent ignorabant. Ille vero ha
bens in se aduocatū pro nobis iesum/hoc
nomine meruit honorari:sancti presbiteri
zacharie/q̄ erga sanctos plenitudinē cari
tatis ostenderat secutus exemplū. Qui z
ipse dū fratribus adest:z defensionē liber
tatis que in nostra religione cōsistit exe
quitur:dominicū secutus exemplū aiam
suam pro ouibus suis posuit z pro amicis
Et ideo cū hoc pariter velut discipuli fide
les christi/in regno venturo sequētur agnū
quocūqz vadit. His igit optimis z fidelis
mis ducibus vsus omnis reliquus sancto
rum chorus/prompti z alacres aīas suas
E pro fidei libertate ponebāt. Aliqui aūt
impares z infirmiores inuenti/ z ad illate
persecutionis euehendū pondus inualidi.
decem ferme numero/lapsu suo luctū no
bis z ingentē tristitiā reliquerūt:z multos
alios quos prioꝶ fides accēderat infrege
rūt. Unde z om̄s valde perterriti sumus:
non propter tormēta que crudelius vide
bantur inferri:sed pro exitu confessionis
incerto quia multo nos grauius lapsus
nostroꝶ q̄ ea que inferebant tormēta cru
ciabant. Comprehendebātur tamē quot
tidie quos dignos dominus iudicabat in
lapsoꝶ numerū subrogari:ita vt ex vtraqz
ecclesia oēs qui studiosi z magni videban
tur/et quoꝶ labore z industria regebātur
ecclie/vniuersi pariter tenerentur. Accidit
aūt etiā z seruos comprehendi quorūdam
ex nostris paganos:qm̄quidē publice ius
suz fuerat requiri om̄s z teneri. Quiqz de
monis istinctu/cū tormēta pertimescerēt
que inferri sctis videbant: monentibus se
in hoc ipsū militibus quibus ita fuerat pre
ceptum/cōmenti sunt aduersū nos/velut
thiesteas cenas z incesta edippia perpetrā
tes:z alia q̄ nec ploqui aut cogitare nobis
fas ēēt q̄lia ne credere quidē possum⁹ ali
quando apud hoīes gesta. Que cū de no
bis diffamata fuissēt ī vulgus:horrori ma
ximo et execrationi apud oēs hoīes esse ce
pimus:etiam apud eos qui pri⁹ aliqd mo
derationis erga nos seruandū esse cēsebāt
Et om̄s simul fremere aduersuz christia
nos/atqz insanabili odio furere ceperūt
Tūc vidimus cōpleri illud quod a domio
dictū est:quia veniet tēpus.ī quo oīs q̄ oc
ciderit vos putet se obsequiuz offerre deo.
Post hec iā supra omē narrationis ge D
nus est suppliciorꝶ z cruciatuū modus qui
sanctis martyribus inferebatur perurgen
te sathana:quo scilicet etiā illoꝶ cōfessiōe
tale aliqd eliceret a nobis esse cōmissuz:ī
quo oēs pari atqz eodē furore persistebāt
vulgus/iudex/officiū milites pe.urgētes
precipue sanctū noīe/quēdā dyachonū vie
nensem/ z maturū neofitū quidē:sed in fi
de z patientia robustissimū. Sed et attalū
pergamenū ciuē:qui colūna z firmamētū
ecclesie nostre in oībus fuit:et blādinā fe
minā:p quā christus ostendit/quia ea que
apud hoīes despecta sūt/ z cōtēptui habē
tur/in magna gloria apud deū ducūt:z qa
caritas eius/q̄ fragilia sūt p naturā per
gratiā facit esse firmissima. Cuz eñi om̄s
nos de ea trepidarem⁹/sed z ipsa ei⁹ carna
lis dña/que erat ex numero martyrū/ve
rerēt/ne forte blandina cederet in tormen
tis:z pro debilitate corporis vix ad prime
cōfessionis tormenta sufficeret:tanta tol
lerantie virtute firmata est:vt resoluerēt
prius z cōciderent carnificū manus/q̄ sibi
pro ꝯtentiosa iudicis animositate inuicē
succedebāt. Deniqz a prima luce vsqz ad
vesperā tormēta semp innouātes/ad vlti
mū victos se cōfitētur:stupentes quomō
in ea spiritus pmaneret:cū nichil iā ex cor
pore/p supplicia resedisset. Sed illa vere
beata (vt postmodū nobis ipsa disseruit)

quoti:r:s vocē confessionis emisit/ꝛ chri-
stiana sum proclauit:tociens noue vires
corpori reddebātꝛ tanꝙ ablutis pcōfessio
nē doloribus/istaurabat recētior ad ago-
nes. Eoqꝫ quo magis intellexerat ꝙ vox
pia sēsū doloris extingueret/sepiꝰ ꝛ alacriꝰ
christiana sum ꝛ nichil apud nos mali ge
E ritur pclamabat. ¶ Diaconus quoqꝫ sācꝰ
noie/etiā ipse supra ꝙ dici potest/et supra
ꝙ humana fas erat ferre naturā/acrius ī
sistentibus ministris demonū/quo aliqd
ab eo elicere possent cōfessiōis illicite/no-
ua penarum genera pertulit:ꝛ que longe
substantiam humane conditionis excede
rent. At ille vir deo plenus/intantū crude
litates eoꝝ risit/et ferinam in questione
seuitiaꝫ:vt nunꝙ dignatus sit vel qs esset
genere/vnde homo/vel patria/vel nomē
saltim suū eis fateri. Sed de his singulis
īterrogatꝰ nichil aliđ ī oībus tormētis/ni
si christianū se esse respondit. Hoc michi
nomen:hoc genus ꝛ patria est:Aliud inqt
omnino nichil sum/ꝙ christianus. Unde
et incredibilis eos agitabat insania:ꝙ tā-
tis penaꝝ generibus consūptis/extorque
re ei nec professionē quidē proprii vocabu
li potuissēt. Ad vltimū cādentes laminas
eris ꝛ ferri erga īguinis loca/et delicatio
ra queqꝫ mebrorū instauratis ignibus ad
dibent:ex qua carnes quidez eius aduste
igni defluedant. Ipse vero permanebat ī
mobilis/inconcussus/intrepidus/celesti-
bus eternisqꝫ fōtibus qui procedūt de ven
tre iesu/humanas in se tēperans flāmas.
Uerūtamē mēbris oībus martyr erat:et
toto corpore vnum vulnus horrebat. Pe-
rit in eo humane forme agnitio:ꝛ non so-
lum quis esset/sed ꝛ quid esset tormentoꝝ
crudelitas ne agnosci posset abstalerat.
Christus tamen in eo solus per martyrii
gloriaꝫ recognoscebatur:qui pеius patiē
tiam destruebat aduersarias potestates:
et suos milites per tolerantie roborabat
exemplū:ostendēs oībus/quia nichil ter
ribile est vbi diligitar pater:nil doloris est
vbi fides christi est. Sed artifices scelerū
nequaꝙ martyris erubuere virtutē. Post
paucos etenī dies/considerantes ꝙ si tu
mentibus adhuc vulneribus/q indignare
tur etiaꝫ ad mollissimū manus tactū/tor
menta rursum inferrent/et denuo mēbra
iaꝫ putrefacta vexarēt: Unū e duobus fo
re/aut in sua eū impietatis iura cessurū:
aut si in tormentis aiaꝫ posuisset/terrorē
crudelitatis ꝛ metū ceteris intētandū. Sꝫ
hoc longe cōtra ꝙ impii cogitauere cessit.
Naꝫ quod vix credi ab infidelibus potest
restitutū est in primā speciē corpus p scđa
tormenta. Et officia mēbroꝝ que abstule
rat prima crudelitas:secunda reparauit:
ita vt iterata supplicia nō ei iā penā contu
lerit/sed medelā. ¶ Sed ꝛ blādina quam
paulo ante memorauimus/simili exēplo
ad supplicia secunda reuocat. Que cū se-
miuiuus pene etiā mortis quodaꝫ cōfinio
posita/iteratis fuisset pulsata cruciatibꝰ:
velut e somno quodā subito euigilans/ī
memoriā future beatitudinis venit:ꝛ vo
ce constanti tanꝙ de excelso edito contio
naretur ad populum:Multum inqt erra
tis o viri/ꝙ putatis īfantum visceribus ve
sci eos/q ne mutoꝝ quidē aīalium carni-
bus vtūtur. Et sic ī confessione perdurās
iterum numero martyrum sociata retru-
ditur.

¶ Capitulum.ii.de eodem.

Ed postea ꝙ p beatoꝝ martyꝝ pa
tientiā/tyrānica euanuere suppli-
cia:aliis rursus dyabolus machinis oppu
gnare parat famulos dei.quo scilicet affli
ctione carceris ꝛ penali squalore cōsūpti/
ac septimo vt dicūt puncto in neruo pedes
cōtra ꝙ credi fas est distenti/in intimo te
nebraꝝ loco per oīa penarū genera que fu
rentium seuitia excogitare poterat/depe-
rirent. Quāplurimi ergo hoc genere in er
gastulis cōsumuntur:dn̄o suscipiente eoꝝ
huiuscemōi exitum:quibus nec ibi defuit
diuine maiestatis auxiliū. Aliquāti etenī
ex iis qui seuissima tormēta ptulerāt/nec
humane aliquid medele pmissi sunt cōse
qui:mirū in modum virtute dn̄i conuale
scere/ꝛ subitā mentis alacritatē/ac despe-

ratum corporis robur recuperare ceperūt ita vt cohortatiōe sua/ceteros ad patiētiā confirmarent. qui ipatientes erāt penarū Illi aūt magis q̄ nuper fuerāt correpti/et quoꝝ corpora nondū tormenta solidauerant/illi deniqꝫ erant qui pedoris horrore et cōclusionis tenebris necabant. ¶ Verū beati fotini lugdunensis episcopi gloriosam martyrii confessionē/fas nō est silentio preterire. Qui cū nonagenario maior esset: etate z corpore/vt pote illius cui iualidus/cetera pene iam mortuus/solo martyrii amore viuebat. Ducitur autē ad tribunalia/imo potius defertur/senio z languore resolutus. Cuius adhuc solum aia seruabatur/vt christus p eā magnificentius in fragili corpore triumpharet. Statuitur iterea senior pro tribunalibus: ipie plebis vndiqꝫ clamor attollitur. huc ipsuꝫ esse insonant christianū. Tum vero a preside interrogatus/quis nam esset christianoꝝ deus. Respondit: Si dignus fueris scies. Hinc vero cunctos velut rabies immensi cuiusdā furoris inuasit: ita vt q̇ prope astabant/pugnis. alii calcibus subigerent senē. nec etati nec grauitati aliquid reuerentie deferentes. Illi aūt qui longi9 erant/quicquid furentibus teli venisset i manus/emin9 iaciebāt: ita vt vnusquisqꝫ sūmi sibi esse delicti duceret/si aliq̇d isenē sceleris nō intulisset. In hoc eñi vindicandos deos suos esse credebāt. Quē cuꝫ seminecē proiecissent in carcerē: icōtaminatuꝫ paulopost spiritū reddidit. ¶ Per idē tēpus imensa quedaꝫ dei dispensatio procuratur: et mia ex insperato/christi dñi arte conquiritur: quod nūq̄ fere prius a psecutoribus gestū meminimus. Oēs eñ ii qui primo cōprehensi negauerant fidem/correpti tradūtur in carcerē. Et quo infelicibus ne solamē quidem penalis prestaret exitii: nō quasi christiani iaꝫ/sed tanq̄ homicide z incesti detinebant: habentes miseri duplicē penā. Qm̄ quidē ceteraꝝ supplitia mitigabat spes z corona martyrii. Christiqꝫ caritas et sanctispūs gratia releuabat afflictos. Istos aūt ipis penalib9 cathenis et pondere carceris grauius conscientia cruciabat: ita vt vultu ipoꝝ aspectu discernerent a ceteris: q illi producebant de suppliciis leti. Et diuinū quid nescio in ipsis vultibus preferētes/vincula sua monilia preciosa ducebant: per squalorē carceris christi bonus odor effecti: ita vt viderentur sibi nō in ergastulo/sed i miro odore thece cōclusi. At illi alii/tristes: demersis ipsis quoqꝫ cōspectibus horridi: et omi turpitudinis deformitate fediores: sed et ipsis gētilibus in multo opprobrio expositi erant: tanq̄ degeneres z ignaui qui fidē perdiderint z crimen inuenerint. Et qui christianoꝝ quidem nomine caruerint/homicidarum tamen penas non effugerint. Que cū ita geri viderent ceteri: incredibiliter corroborati sunt: ita vt cōprehēsi absqꝫ animi nutatione ꝯstant nichil aliđ quā christianos se esse faterent. ¶ Etcum quedā in his locis fuissent longius prosecuti: post aliquāta iterum hec subiūgunt. C

Post hec iā p diuersas spēs martyrii/coꝝ velut coronam quandam variis floribus compositam dominus christus interena offerebat patri: vt ab eo velut victores magni agonis/remunerationē eternoꝝ sumerent premioꝝ. Nam maturus/z sāct9 et blandina/z attalus/muneꝝ diebus/innumeris milibus gentiū diuersaꝝ adspectaculum cōgregatis/statuunt in medio arene. Et rursum matur9 cū sancto/tanq̄ nichil prius gestum fuisset: ad omnia tormentorum z verberum genera renouant/certātibus omnimodis aduersariis/quatenus eorum patientiam frangerent: et ab ipso vt ita dicam vertice/coronas eoꝝ diriperent: insania populi vocibus instigati. Sed illis eo magis animos roborabat spes vicine iā glorie/ quā sibi iam iamqꝫ manu contingerent contrectare dexteria videbantur. Cumqꝫ et suppliciorum genera/et spectaculorum iam pene tempus fuisset absumptum: nec moueri pilatenus a sentencia valuisset cū etiā selle ferree superpositi/cōsumptā verberib9 carnē ignis subter ministratus exureret.

Ad ultimū infatigabiles martyrū spirit⁹/ ferro cesis ceruicibus effugarūt. Blandina vero religata ad stipitē/atqꝫ in crucis modū distenta/bestiis pabulū preparat. Que tamen in ligno pendens/vultu intento/et satis leto orationē fundebat ad dñm: qua et sibi constantiā/ꝛ ceteris agonis sui cōsortibus perseuerantiā precaret. Et facile vota sperabat implēda: que pro patris iuuabat exēplis. Simul et illud edocens/ꝙ passionū xpi consortibus certū sit/ etiā glorie eius donāda esse cōsortia. Sed cum nulla ex bestiis corpus eius auderet contingere: deposita de ligno rursuz reuocatur ad carcerem/aliis adhuc agonibus preparāda: vt per multas victorias caput quidē tortuosi serpentis attereret: fratrū vero aīos ad toleantiā cōcitaret: per hoc ꝙ ipsa in paruo et fragili corpore tot certaminibus permaneret inuicta: et per singulos agones discederet coronata.

Cap. iii. de eodem.

Talus quoqꝫ ppli vocibus postulatur. Erat eni valde nobilis. Et quod cunctis nobilius est/vir optime conscientie: ꝛ i fide christi per oīa exercitia sēper martyr. Cūqꝫ circumactus fuisset in amphiteatruz. titulo se precedente in quo scriptū erat/Attalus christianus: Fremere in eum vulgi īsaniētis furor vehemētius cepit. Sed cū presidi indicatū fuisset esse eū romane ciuitatis virū/iubet eū cū ceteris in carcerē recipi: simul et ad cesarem refert: eiusqꝫ sententiā quid deo iuberet expectat. Verū inter moras positi in carcere/non ifructuosū sibi tempus trāsire patiunt: sed vigore animi et alacritate fidei sue/eos qui ifirmiores videbātur animabant. Et ipsi nōdū martyres/cohortationibus suis martyres plurimos faciebant Ex quo magnuz gaudiū matri nascebat ecclesie: vidēti suos filios/qui pene iam decidisse in mortē videbantur: per hos reparari ad vitā: et monitis eoꝝ multi qui iam negādo velut abortū quoddā effecti fuerant/quasi iterū parturiebātur et christus in eis iterū formabatur. Docebant enim ab his quia deus non vult mortem peccatoris/sed vt cōuertatur ꝛ viuat. Igitur cum a cesare rescriptū fuisset/vt persistentes quidē punirentur/negātes autē dimitterentur: die quodā celeberrimo/in quo ex omnibus prouinciis coeuntes/nūdinas apud nos agere solēt: in ipo frequētissimo cōuētu tribunal ascendēs/preparari sibi iudex christianos/ꝛ introduci ad suppliciorū pompam prebendam cunctis qui aderant iubet. Rursum itaqꝫ cruces/ rursuz pene/rursū tormēta reparātur. Et si qui forte ciues romani repti sūt: hos plecti capite decernit. Ceteros vero bestiis tradi. Ingēs tamē ab oībus gloria christo cōferebatur pro iis qui āte negauerāt et dimitti neqꝫ negantes potuerāt. Hii vero cū negātibus venia prestaretur/in cōfessione persisterēt: et de perditiōis grege reuocati/in numero martyrū iungerentur.

Igitur cū erga supradictos questio haberet: Alexander quidā genere frix/medicus disciplina/vir religiosus et prudens/ et vite ac moꝝ probitate cunctis carus acceptusqꝫ: amore dei ꝯcitatus/cū assisteret tribunali/nutibus hortabatur ad cōfessionē eos in quos questio agebat ita vt oībus q astabāt palā fieret qd aīo gereret. Cūqꝫ id papuli notauissent/ idignātes maxie pro iis qui quod prius negauerāt/rediuiua nūc cōfessione reuocabant/conclamauerūt aduersū alexādrū: de ipo instigāte cōmitti. Qui iussus a preside in medium statui/et quis esset interrogatus/christianū se esse libera ꝓfessione testatur. Quē continuo ꝓparandum bestiis condennauit. Et postera die simul cū Attalo producitur. Quem contra preceptū cesaris gratificari populis volens etiam ipsum tradi bestiis iussit. Sed cum feraꝝ nulla sanctorum corpora contigisset: omnibus eos verberum ceterarumqꝫ penarum suppliciis cruciatos/ad vltimum in cōspectu populi in medio arene iugulari iubet: Beato Alexādro in oībus quas ꝑpess⁹ ē penis ne vnū qdē penit⁹ ꝓferente sermonē: sed

ab initio vsq3 ad finē infra semetipsū sem
per cū deo loquēte: z ī laudibus eius ac pre
cibus permanente. Attal⁹ vero cū prunis
subter subiectis ī sella ferrea torretur: cūq3
nidor aduste carnis ad nares z ora īspectā
tis populi pferretur: voce magna exclama
bat ad plebem: Ecce hoc est homīes come
dere/ qđ facitis vos. Quid a nobis velut
occultum inquiritis facinus: qđ vos aper/
ta luce cōmittitis: Nos enī neq3 comedi/
mus hoīes/ neq3 aliud quod mali agim⁹.
Et cū interrogaret qđ nomē haberet de⁹/
respōdit: Qui plures sūt noībus discernū
tur. Qui vn⁹ est non indiget noīe. ¶ Post
hos nouissimo iam nūdinaꝝ die/ Blandi
na rursus īducit cū pontico annoꝝ. xv. fe/
re puero. Quiq3 ī prioꝝ cruciatibus iussi
fuerant semꝑ astare: quo magis ceterorū
vidētes supplicia/ terrerētur. Statuūtur
ergo in mediu3: iubent iurare ꝑ deos. Illi
vero contrario nullos esse aiebant istos ꝑ
quos iurare cogerent. Cūq3 alhis quāplu/
ribus verbis exprobrarēt gentiū deos: īsa
nire magis ī eos cepit populi multitudo:
neq3 tenerā pueri etatē neq3 sexum femīe
miserātes. sed per omnia tormētorū gene
ra quasi quodā eos circulo peragētes/ ni/
chil deesse penis patiebant/ quas crudeli/
tas inuenisset. Tunc ponticus maximu3
patientie robur materna cohortatione su
scipiens/ z ꝑseuerans ī cōfessione fidei/ im
pollutū spm̄ reddidit. Beata vero blādina
vltima omniū/ velut oīm nobilis mater/
permissos martyrii ad coronā filios/ inse/
qui iam secura festinat: exultans z ouans
velut ad thalamū sponsi inuitata z ad nu
ptiale cōuiuium. Ex quo fiebat vt ī verbe
ribus tripudiaret. z craticulis exusta gau/
deret: ac tā hilaris videretur z leta: tanq̃ si
inter dapes regias accubaret. Post hec ad
bestias traditur: sed ab his intacta perdu
rat. Inde etiam aliud excogitatur crudeli/
tatis genus: vt reti constricta/ obiceretur
tauro ferociter instigato. A quo cū fuisset
innumeris ictibus lacessita/ et toto arene
ambitu iactata/ nichil penitus leditur: sed
ꝑmanet leta vt semꝑ vultu: mente cōstāti

spe ipsa z animi presumptiōe cū christo iā
colloquens. Ad vltimū iugulari gladio iu
betur. Stupentibus ipsis etia3 ipīs/ z di
centibus: ꝙ nunq̃ fuerit femina q̃ tāta ac
talia ferre potuerit. ¶ Sed nec sic quidem
satietatē aliqua3 capere crudelitas quiuit.
Antiqui eteni serpētis virulētia concitati
feri ac barbari mores/ mansuescere nescie
bant. Ex ipsa quippe sanctoꝝ patientia/
seuior eis cōtentionis rabies accendebat.
Et velut pudore quodā fatigabat/ ꝙ ma/
ior inesset cruciatis q̃ cruciatibus vir us.
Et ex hoc ad nefāda odia iudex simul isti
gabatur et populus: vt scriptura cōpleret
que dicit/ iniquus adhuc inique agat/ z in/
iustus adhuc faciat iniusta. Igitur inau/
dito seuicie genere/ coꝝ qui necabantur in
carcere corpora/ canibus iubebant exponi:
adhibita simul custodia die noctuq3/ ne
qui collectas reliquias humanitatis ītui/
tu traderet sepulture. Sed si quid forte vł
bestiis vel igni reliquū ex corporibus mar
tyrū fuerat: ipsa cum trūcis suis capita pu
nitoꝝ insepulta ꝑ custodiā militū seruabā
tur. Et querebat si quid vltra posset hūa/
na crudelitas/ etia3 ī eos q̇ ia3 vite huius
lumē excesserant. Exultabāt tamē gētes
magnificantes simulacra sua: quoꝝ virtu
te datā in illos vindictā dicebant. Si qui
vero iter ipsos paulo mitior vł humanior
videbat: vbi nūc ē aiebat deus eoꝝ. Et qđ
eis profuit ista religio/ pro qua etia3 aīas
posuerūt. Igitur apud illos erat variū illō
insultationis genus: Apud nos vero in/
gens luctus habebat: precipue ꝙ nō posse
mus corpora humi tradere. Quippe q̇bus
nec noctis tēpore aliquis ad hoc oportuni/
tas prebebat. Neq3 munerib⁹ suadere cu
stodes/ neq3 precibus aut vllo alio genere
copia erat: ita attente z sollicite curabant
ne daret extremis ossibus sepultura. Post
aliquot autē dies cū nullam sepeliēdi gra
tiam prestitissent: incensa ossa martyrū et
in fauillā redacta/ cum reliquo terre pul/
uere in rodanum fluuiū dispersere: ne vsq̃
eorum reliquie residerēt. Quasi vero hoc
agentes deum vincerent z sicut dicebant/ E

spem eis per hec resurrectionis adimerēt.
Sperantes enī aiebant de sepulchris quā
doqz se esse resurrecturos: idcirco nouā
nescio qua persuadente sibi superstitione
leti se tormētis mortibusqz subiciūt. Nūc
videamus si resurgent. ꝛ si potest eis adesse deus eorum. et eripere eos de manibus
nostris. Hec sunt que illis temporibus gesta ex epistola fratrū lugdunensiū declarā
tur. Ex quibus quid etiam per ceteras prouintias geri potuerit/coniectura capiēdū
est. ¶ Referuntur adhuc in ipsa epistola
D quedam etiam de humilitate et mansuetudine beatorum martyrū: que dignū puto ad hec suis sermonib⁹ sicut cetera sociari. Quiqz aiunt ad imitationem christi (q̄
cū in forma dei esset non rapinā arbitrat⁹
est esse se equalem deo (in tanta gloria positi et semel ꝛ iterum ac frequētius martyres facti/post bestias/post ignes ꝛ lamias
neqz se ipsi martyres dicebant/neqz aliis
ita se appellantibus indulgebant. Sed si
forte aliquis nostrū/vel in epistola vel in
sermone eos martyres noiasset: increpabant acrius/dicentes: ꝙ hec appellatio soli christo debetur: qui solus veritatis fidelis est martyr: et qui primogenitus est ex
mortuis: et auctor vite eterne. Vel certe illis solis aptū hoc esse vocabulū: qui post
bonaz confessionē discedere de hac vita/ꝛ
pergere meruerunt ad deum. Nos autē
aiebant humiles ꝛ egeni/optamus vt ipsa
saltim in nobis cōfessio tuta permaneat.
In quo etiaz ceteros fratres cū lachrimis
obsecrabant/vt pro eis dominū precarentur: quo perfecte confessionis signaculum
martyriū mererentur accipere. Et tanta
in eis humilitas erat: vt cum rebus ipsis
essent martyres/nominis tamen iactantiam fugerent. Apud gentiles vero cum
omni fiducia consistebant: nobilitatē animi per contemptuz iniurie et suppliciorū
patientiam/demonstrantes. Erant ergo
inter fratres humiles / inter persecutores
elati: suis mites / aduersariis terribiles.
Christo subiecti/diabolo erecti. Humiliabant se sub potentissima manu dei: p̄ quā
nunc sublimius exaltati sunt. Placabant
omnes: accusabāt neminem. Soluebant
cunctos: ligabant nullū. Orabant etiam
pro persecutoribus suis: vtentes sermone sancti Stephani primi martyris ꝛ dicentis: domine ne statuas illis hoc peccatum. Aduersū quos eo vehementiora dyabolus prelia concitabat: quo per nimiam
caritatē/quā habebāt in christo iesu/etiā
eos qui lapsi fuerant/et quos iam se ingluuie illa bestia absorbuisse crediderat/rursum viuos de internis eius visceribus educebant: et velut matres erga paruulos suos/
ita erga eos totis profusis miserationū visceribus inherebant. oīpotenti deo effundentes pro ipsis fontes ac flumina lachrimarū. Vitam petebant eis adeo: ꝛ tribuebatur eis. Nec sibi gratum iter ducebant
eundi ad dominū/vel letam putabāt martyrii fore coronam: si partem membrorū
suorū de ecclesiis raptam/velut spolia quedam detentari a dyabolo permisissēt. Super omnia autem pacem ꝛ ipsi diligebant:
et nobis seruare mandabant. Nec aliam
sibi nisi p̄ pacem viam ad martyrium construebant: cauentes ne vllam post se dissensionem fratribus: ne ecclesie matri mesticiam derelinquerent: sed pacem semp̄ habendam/pacem fratribus custodiendā/ꝛ
caritatem precipue tenendā/que est vnitatis ꝛ concordie vinculum commonebant.
Hec non inutiliter vt opinor a nobis ad
edificationem legentium memorie tradita sunt: que ex tantorum virorum auctoritate descendunt: propter eos qui tumidi ꝛ
inflati aduersum fratres feruntur. et si q̄
forte titubauerint / miserationum christi
viscera ab eis putant penitus excludenda.
¶ Refertur adhuc ī eadē scriptura alia
narratio: quam cognitionis causa his inserere dignum putaui. Alchibiades quidā
erat in numero eorum qui pro christo vincti tenebantur. Hic vitam satis arduam
Arinū quoqꝫ virū militarē/Jerosolimoꝝ ciuē honore ꝛ diuitiis clarū cū in supradicta vrbe inter collegas suos ꝑ ordinē gradus sui honor quidaꝫ cōtingeret militaris/vt fieri solet insequentē collegam suū subit inuidia: et exclamat. Non posse marinū adipisci superiorē gradum/ꝙ esset christianus. Interrogatur a iudice marinus/si ita res se haberet. Ita ille esse/et vere se esse christianū clarissima voce testatur. Tres ei deliberandi hore decernūt̄ a iudice/vt eligat vtrū vellit imolare diis ꝛ imperatori/an christianus interimi Cūqꝫ a tribunalibꝰ fuisset egressus/Theotignꝰ episcopus loci apprehensa manu eius/perducit eū ad ecclīam. Ibiqꝫ multis verbis i fide cōfirmans/ad vltimū in interiora per ducit altaris: gladiūqꝫ suū quo precinctus erat ostēdens ei/Et rursū offerēs euangelium quid e duobꝰ mallet interrogat: Marinꝰ vero promptissima fide cū manū ad euangeliū tetendisset/obtine inquit theotignus quod elegisti o fili: et cōtēne non presentē vitam eternaꝫ sperato. Confidens perge/et suscipe coronā quam tibi dn̄s preparauit. Regressus continuo ad tribunal euocatur per preconē. Aderat enim tēpus statutuꝫ: Ille vero nec moras patitur/nec

expectat interrogantē: sed continuo sibi
z deliberatū asserit/ z ex paternis legib⁹ cō
firmatū/ ꝙ deo obtemperare oporteat ma
gisꝙ̄ hoībus. Quē iudex ilico capite puni
endū pro tali responsione pronūtiat.

Ca. xiii. d astirio ei⁹qꝫ clarissimis gestis

Ed inter eos cūctis clarior/ z meritis si
dei supra ceteros insignis/ memorat
astirius/ vir romane vrbis senator patrici⁹
nobilitate/ facultatibus/ propīquitate etiā
regia/ z oī honorꝝ fama satis clarus. Qui
cuz supradicti martyris extremis īteresset
exequiis et capite cesuz cadauer/ subiectis
humeris suis z substrata veste qua īdueba
tur excipet: honorē quē martiri detulit/ ꝯti
nuo ipse martyr assequit. Sed et in multis
aliis eū preclarꝝ gestis ī fide christi enituis
se tradiderunt nobis ii qui eū ī corpore ad
huc positū viderūt: in quibus etiā tale ali
quid p eū gestum memorabant. Apud Ce
sareaz Philippi/ quā Paneadā phenices
vocant aiūt sub radice mōtis qui appellat
Pauius ex quo fluuii Jordanis prima flu
enta prosiliunt morē fuisse gētilis erroris
certa ac solēni die. imolari victimā. Que
victima arte quadā demonis subito nusꝙ̄
cōparebat. Et erat hoc famosissimi mira
culi genus quo psuaderi astantib⁹ videret
in celuz hostiam inuisibiliter esse sublatā.
Accidit igitur dū hec gererent adesse Astiri
um. Qui cuz videret ōnes miraculi huius
stupore cōstringi/ humanos miseratus er
rores/ cū gemitu et suspirio oculos ad celū
pariter tendit et palmas: christū qui ē sup
oīa deus tota fide profusis lachrimis īuo
cat/ vt prestigia fallacis demonis arguat
miserisqꝫ mortalibus/ erroris hui⁹ soluat
archanū. Hec illo cū fletibus supplicante
subito victima q̄ īuisibiliter credebatur as
sūpta/ superferri aquis videt: et in cōspectib⁹
oīm reddit: nec vltra in illis locis error hu
iusmodi potuit reperiri. Ita vnius xpiani
prece/ tantorꝝ deceptionū machina cū auc
toribus suis demonibus dissoluta ē.

Cap. xiiii. de emorroissa a christo curata memoranda hystoria.

Erū quia vrbis hui⁹ fecimus mēti
onē/ iustum videtur commemorare etiam
illud in ea qđ hystoria dignū duxim⁹. mul
ierem quaz sanguinis pfluuio laborantē
a saluatore curataz euāgelia tradiderunt
huius vrbis ciuez constat fuisse: domusqꝫ
eius in ea etiā nūc ostenditur. Pro forib⁹
vero domus ipsius/ basis quedam in loco
editiore collocata mōstrat. ī qua mulieris
ipsius velut genibus prouolute palmasqꝫ
suppliciter tendentis/ ymago ere videtur
expressa. Astat vero alia ere nichilominus
fusa statua. habitu vir stola cōpta circun
dati/ et dexteraz mulieri porrigentis. Hu
ius ad pedē statue e basi herba quedaz no
ua specie nascitur. Que cū exorta fuerit ex
crescere vsqꝫ ad stole illius erei indumētis
fimbriaz solet: quaz cū summo vertice cres
cens herba cōtigerit: vires inde ad depellē
dos oīs morbos languoresqꝫ conquirit: Id. i
ita vt quecūqꝫ fuerit illa īfirmitas corpo histo
ria/ haustu exiguo madefcti salutaris gra trip.
minis depellat. Nichil oīno viriū gerens/ libro
si anteꝙ̄ eree fimbrie sūmitatē crescēdo cō vi. ca
tigerit/ decerpat. Hanc statuā ad similitu xli.
dinē vultuo Jesu formataz tradebāt. Que
pmāsit ad nostra vsqꝫ tēpora: sicut ipi ocu
lis nrīs īspexim⁹. Et nichil mirū si ii qui ex
gētibus crediderant. pro beneficiis q̄ a sal
uatore fuerant cōsecuti/ huiusmodi velut
munus videbant offerre: cū videamus eti
am nūc z apostolorꝝ Petri et Pauli z ipsi
us saluatoris imagines designari tabulis
qꝫ depingi. Sed et antiquas ipsorꝝ ymagi
nes a quibusdaz cōseruatas nos vidimus
Quod michi videt ex gentili cōsuetudine
indifferenter obseruatū: ꝙ ita soleāt hono
rare quos honore dignos duxerit. Insignia
enim veterū reseruari ad posterorꝝ memo
riam/ illorꝝ honoris/ horꝝ vero amoris indi
tium est.

Cap. xv. de cathedra sancti iacobi.

Eniqꝫ et iacobi cathedra q̄ primus
inter episcopos ab ipso saluatore z
ab apostolis in Jerosolimis ē elect⁹/ quē
qꝫ fratrem christi volumina diuina desi
gnant/ vsqꝫ ī hodiernū inibi conseruatur:
atqꝫ in ea sedent ōnes/ quivsqꝫ ad presens

tēpus sedis illi⁹ sacerdotiū sortiunt. Ser/
uatur ergo cū īgēti studio/velut a maiori
bus tradita memoria sellatis. Et cū vene
ratiōe magna hētur: vel vetustatis: vl' pri
mi sacerdotii scificationis obtentu. Sed
de his ista sufficiant.

Ca. xvi. ꝙ pacē galien⁹ reddit ecclesiis.

Gallienus vero Ualeriani fili⁹/post
eaꝙ reni sūmā solus optinuit le/
nius ac moderati⁹ erga nr̄os agere insti
tuit. Datisqꝫ decretis/inhiberi supplicia/
persecutionesqꝫ cessare/et quo quisqꝫ pu/
tat more exorare qđ diuinū ē/sinit.

Ca. xvii. de quarūdā ecclesiaꝝ per idem
tempus epis.

Per idē tēpus cū romano adhuc sa
cerdotio sixtus preesset et apud an
tiochiā Demetrianus/firmilianusqꝫ ad
huc cesaree cappadotie sup esset/ Pōti ec
clesias/gregorius (qui prius theodor⁹ di/
ctus est ex origenis discipulis) cū fratre an
thenodoro suscepit gubernandas. Apud
cesareā vero palestine/post theotistū/dō/
nuo episcopatū sortitus/ꝛ breui defunctus
theotegno iam nr̄e memorie viro sedē tra
didit. Qui et ipse origenis auditor fuisse
dicebat. In ierosolimis vero post mazab/
danē/sacerdotiū suscepit hymeneus. Et
hi oēs in pace ecclīas gubernabant.

Cap. xviii. de alexandria ciuitate que se
ditione gentis sue vastata est et deleta.

Sed apud alexandriā etiā si nulla
extrinsecus mali causa sit/eo ipso
ꝙ genus hoīm ferox seditiosū/ꝛ semꝑ inq
etū est/ciuiles inter se motus et bella non
virtutis merito/neqꝫ ob defēsionē/sed ob
necē atqꝫ īteritū ciuiū cōmouebant. De q
bus dionisius ī epistolis suis cōmemorās
refert ita a propriis ciuibus esse vastataꝫ
deletāqꝫ vrbē/vt illa que cōstipatione po
puloꝝ vix soleret digredičtibus īcedendi
spaciū dare/nūc eo vsqꝫ puenerit: vt cōspi
cere ī plateis hoīm/valde rarū sit: made/
re oīno ciuiū sanguine vias: cadaueribus
obtegi: et ne ad sepeliendū quidē sufficere
qui supsunt. Unde ꝛ post belli rabiē/ferri
qꝫ vastationē/corrupti aeris ꝛ fetore cada
uerū pestilētia increuerit: ita vt si quis fer
uaro supfuerat idē morbus absumeret.

Ca. xix. de eiusdā ciuitatis vastatiōe et
rus eius causis dionisii testimonio.

Scripsit autē de his idē dionisius ī
epistola pascali/que solēniter per
annos singulos legi solet his vbis. Aliis
fortassis hominibus nō videat tēpus hoc
tēpus esse solēnitatis. qm̄ quidē luct⁹ vbi
qꝫ ꝛ acerba lamētatio ī plateis cūcta circū
strepit: gemitus vero ī est et mugitus ī ho
minibus/ꝑpter multitudinē moriētiū. Si/
cut eñ de primogenitis quondā egiptioꝝ
refertur/ita etiā nūc ingens vbiqꝫ clamor
attollit. Non eñ est domus sicut scriptū
est/in qua non sit mortuus primo nanqꝫ
ipsi manibus suis partē maximā et melio
rem populi ceciderūt/persequēdo sanctos
Partē alterā bella intestina rapuerunt.
Partem vero que supfuerat/pestilēs nūc
egritudo consumit. Sed nos nec in perse
cutionibus cū iugularemur/a festiuitate
cessauim⁹: nec vnꝙ nobis potest solēnitas
impediri/quibus ꝑcipitur in tribulatione
gaudere. Dis igitur nobis locus quicūqꝫ
a tyrannis eligebatur ad penā/siue ager
ille seu desertū fuit/siue insule/siue carcer
solēnitatē nobis īpedire nō potuit. Letis/
simā vero super oēs habuere solēnitateꝫ
beati martyres: qui cū sanctis angelis in
celo pasca curarunt. Post hec/persecuto
res nostri in semetipsos man⁹ ac tela ver/
terunt. Sed ne sic quidē nostroꝝ festa tur
bata sūt. Insecutus est hic pestilēs morb⁹
et plaga terribilis: sed illis multo terribi/
bilior ꝛ grauior/quos nec spes erigit futu
roꝝ. Nobis vero hec oīa exercitia quedaꝫ
virtutis/et fidei ꝓbamēta ducunt. Quā/
uis enim densior seuiorqꝫ paganos ma/
gis ꝙ nostros morbus īuaserit/tamē ne a
nostris quidē penit⁹ abscessū est. Et post
pauca addit dicens. Multi nanqꝫ ex fra/
tribus nostris pro nimia caritate dū abs
qꝫ vlla cunctatione infirmos visitare nō
desinunt/et non solum visitare/sed et mi

nistrare/et exhibere officia que dominus precipit: repente morbi contagione/cum illis pariter quibus ministrare voluerant interibant. Affectu eniꝫ quodā dilectionis acti/et velut ꝑticipare dolorꝫ cū dolē/tibus cupiētes/ alienas i se mortes haud segniter transferebāt: effectiqꝫ sunt eorꝫ vt dicit apostoli sermo/ꝑipsima.. Deniqꝫ plurimi nostroꝝ precipui et electi viri iter quos presbiteri nonnulli et diaconi/multi qꝫ alii de plebe constantissima et ardētissima fide tanq̄ si martyrii tempus instaret miserando infirmos/ semetipsos huius/modi mortibus inserebant: misericordie ex hoc martyriū capere presumētes. Et dū curandis egris/defūctis exportādis humāisqꝫ corporibus operam dabant/insequebantur pene eos/quos suis humeris ad sepulchra deuexerant. Pagani vero econtra/ suos continuo vt egrotare ceperāt desere bant: parentes caros liberos/vxorē con/iunx/filiqꝫ nichilominus parentes statim vt tremere mēbra vidissent/et morbo ora pallere/domo propulsos/in plateas semi neces eiciebāt. ibiqꝫ insepulta eoꝝ cadauera relinquētes/viꝫ morbi quā ꝑ hec se effugere opinabantur dupliciter incurrebant: dum a pestilentie rabiē/etiaꝫ fetor īsepultorum cadauerum iungeret.

Ca. xx. de galieni imperio.

Refert idē dionisius de Galieni tēporibus/ꝙ eo regnāte ecclesie dei in pace durarunt et ꝙ mediis eius tēporibus/Macrianus velut nubes quedam tenebrosa ꝛ tetra/subito regni eius obscurauerit lucē. Quo rursū ad vicē estiue nubis abolito/Galienus nouum vt ipse ait ex veteri vniuerso mūdo lumē effulsit. Simul em̄ atrocē tyranū et regno deturbauit et vita. Designat autem etiā tēpus: ꝙ nono anno īperii galieni hec scriberet. Extant ꝛ alia quāplurima necessaria satis ꝛ admiranda dionisii opuscula: que vtilitatis plurimū legētibus cōferant: inter que scripsit etiā de repromissionib⁹ futuris exigēte causa huiusmodi.

Ca. xxi. de nepote egiptio ep̄o circa promissiones futuras errāte.

Episcopus quidaꝫ erat in partibus Egypti Nepos nomine. hic iudaico intellectu de futuris repromissionibus sētiebat easqꝫ corporaliter exhibendas docebat. Et mille annis in deliciis corporalibus in hac terra sāctos regnaturos esse cū christo. huiusqꝫ sui dogmatis probamenta/sūpta ex reuelatione Johānis testimoniis conabatur asserere. De qb⁹ etiā libellos edidit: interpretationes huiusmodi continētes. Igitur Dyonisi⁹ de repromissionibus scribēs adhuc Nepotem filiū sue intentionis obuertit: et in primo statim libro suā sētētiā que ei de diuinis repromissionib⁹ videbat exponit. In secundo vero volumie de reuelatione Johānis disserens facit mētioneꝫ Nepotis/verbis.. Et cōmentarios inquit quosdam proferunt Nepotis/ quib⁹ innituntur plurimū: et ꝑ quos putant ieffabili quodā sacramento ostendi/ qualiter regnū christi futurū sit super terraꝫ. Sed in aliis quidem multis etiam ego amplector et diligo Nepoteꝫ/vel pro fide sua/vel pro eruditione et studio scripturarū: et ꝑcipue pro exercitio psallendi: quoniaꝫ quidē plurimi fratrum libenter pro hoc eius elegere consortia. Est ergo etiaꝫ michi erga eum multa reuerentia: et inde magis/quia iā precessit ad dominū. Sed reuera plus omnibus et amanda et preferenda est veritas: laudare oportet/et absqꝫ īuidia amplecti si quid recte dictum est. Discuti vero et discerni/si quid minus sane scriptuꝫ est. Et si quidem presens essetis de quo sermo est/sufficeret solo sermone discutere que minus recte dicta videbantur: duꝫ interrogatione precedente responsio subsequens in concordiam quod contrarium et discrepans videbatur adduceret. Ubi vero scripta edita sūt/ꝛ vt videtur q̄busdā satis suasoria/et vbi doctores procedunt qui legē et ꝓphetas pro nichilo ducāt/euāgelia nō sequant/aplōꝝ scripta despiciāt

Nos aūt solos libros atqz istaz doctrinā velut magnuz aliqd et ocultum misteriū venerant/ac simplices quoqz fratruz nostroꝝ doceant nichil excelsum nichil magnificuz sentire de aduētu et presētia dei et saluatoris nostri iesu christi/neqz de resurrectionis gloria/z nostre cōgregatiōis in id ipsū ac similitudīs repromisse/sz paruaquedaz z semper mortalia/z nō alia q̄ sūt ea q̄ nūc videmus sperari suadēt ī regno dei: Necessariū videt ad hec oīa respōdere fratri nostro Nepoti. Et post aliquā ta rursū subiūgit hec. Et eni cū ī arsenoite essemus/vbi multo iā tēpore voluebatur ista doctrina/ita vt scismata inter fratres et discordie fierēt/cōuocaui presbiteros et doctores q̄ erant ī ecclesiis/et publice cepi habere tractatū. Simul z cohortatus suz fres/vt si qd eos moueret/odicerēt nichil verentea: Tū michi illi vt scutū validissimum z murū iexpugnabilē/codicē Nepotis obiciūt. Suscepi paciēter: z tribus cōtinuis diebus resides a prima luce vsqz ad vesperam cum ipsis/singula eius scripta cepi discutere: z vnūquodqz qd ī se absurdi haberet ostēdere. Et vere satis admirat⁹ sū patienciā et cōstantiā atqz ītelligētiaz fratrū: qa cōsequēter et ꝑ ordinē de singulis questionib⁹ proponebant/validissime lis q̄a nobis respōdebant occurētes Post hec/cū quid esset ī vero patuisset: accōmodabāt nichilominus absqz cōtentione cōsensuz: iudicantes hoc/ꝙ nō cōtinuo si qd semel aīo visū fuerit/oī id studio sine cōtētiōe seruandū ē: sed esse recti⁹ tūc mutare sentēciaz/cū eam melior z rectior superauerit. Patefactis etenī cordib⁹ suis deo audiebant verbū cuius probatio nō ex humana persuasione neqz ex eloquētie fuco sed ex diuinaꝝ scripturarū assertione veniebat. Et ita euidēs fuit assertiōis nr̄e ꝓbatio: vt is q̄ inter eos maximus doctor et vite meritis prestancior habebatur/Coracion noīe/surgens in medio cunctis audiētib⁹ proclamaret et protestaret/neminē debere vltra eius doctrine facere mentionē. Sufficere ꝙ erratū ē: de cetero n̄ solū nichil hoꝝ tenendū vel sequēdū/sed ne cōmemorandū quidē de talibus. Si quidē tam euidens et manifesta cōtra hec de scripturis diuinis patuisset assertio. Oīns vero reliqui fratres gaudio et leticia repleti corda/pro emendatione sui inexplebiles dn̄o gracias referebant.

¶ Capitulū. xxii. apocalipsim q̄s scripserit a plerisqz dubitatum est.

Ost aliquāta vero veniēs ad apocalipsim Johānis hec de ea scribit Nōnulli ex precessoribus nostris penitus libellū hūc refutanduz a canone scripturarum atqz abiciēdū putarūt/singula queqz eius capitula arguētes Et dixerūt pretitulatiōēz libri nō esse verā: sed aliene scripture: Johānis tantū nomē impositū. Unde neqz Johannis hunc esse librū/nec reuelationē videri posse/q̄ crasso quodaz velamine ignorantie contegatur. Addiderūt etiā hec ꝙ nichil dignuz ī ea grauitate apostolica censeatur. sed ne alicuius q̄dem ecclesiasticoꝝ saltem viroꝝ scripturaz esse dixerunt. Sed cherinthū quēdaz auctorē Cherinthiane hereseos/volentē dogmatis sui fidē apostolici noīs opinione firmare/libello a se cōscripto Johānis tituluz pretulisse. Deniqz īquiunt cherinthi dogmata hec cōtinēt/ ī terris futurū esse regnū christi. Et qm̄ ipse carnis z libidinis amicissimus dicebat/ea in repromissionib⁹ futuri regni/sanctis prebenda censebat/q̄ sui animi libido dictabat: ventris et voluptatis opera mensura/ciboꝝ sacietatem/z abundanciam poculoꝝ/nuptias/et cetera q̄ horum consequēciam seruant. Et reparari rursum sperat festiuitates et sacrificia iudaica/victimasqz legales. Ego vero quantum ad meam sentenciam pertinet/spernere aut abicere scripturam libri hui⁹ nullatenus audeo: maxime cum multi ex fratribus ita mecū senciant. Sed hoc magis de eo iudico/ꝙ excedant atqz emineant q̄ ī eo scripta sunt humane auditionis modū

et sit in eo arcanus quidam et reconditus
atqꝫ admirandus oībus sensus. Quem ꝛ
ego ammiror ac veneror/etiam si nō intel
ligo. Et ita sentio ꝙ diuina aliqua sacra/
menta sermonibus cōtegantur humanis
non tam iudicio meo discernēs ꝙ fide cre
dens. Et ideo non reprobo que non intelli
go: sed tanto magis admiror/quanto mi
nus assequor. Post hec vero totius libelli
disserēs corpus/ꝛ singula queqꝫ discutiēs
atqꝫ euidenter ostendens/nullo modo fie
ri posse/vt secundum litterā dignus in eo
intellectus appareat: Addit etiam hec di/
cens. Consūmata igitur omni prophetia
beatos dicit ꝓpheta eos qui hec custodiūt
Sed et semetipsum beatum dicit. Ait eñ
beatus q̄ seruat verbū prophecie hui9 libri
Et ego iohannes qui video et audio hec.
Uocari ergo eū iohānē/et esse hanc scrip/
turā iohannis non nego. Sancti nāqꝫ ali
cuius est/et sine vlla dubitatione p dei spi
ritum scripta etiaꝫ si nō sit ille apostolus
filius zebedei iohannes frater iacobi: cui9
euangelium secundum iohannē scriptum
est/et epl'a catholica. Utit ergo dyonisius
plurima assertione: diuinitus quidē inspi
ratā reuelationē non esse dubitandum et
Johannis esse. Non tamē sibi liquido vi
deri ꝙ illius sit iohannis qui euangelium
scripsit: quia ille nusq̄ nois sui fecerit mē/
tionē ac sese signauerit noiatim. Hic aūt
qui apocalipsim scripsit/tercio mentionē
ferme nois sui facit. Sed ꝛ ex ipso scriptu
re stilo discretiōeꝫ faciēs/dicit potuisse fie
ri in illis tēporibus fuisse et alium aliqueꝫ
Johannē vnum ex sanctis/cui hec reuela
uerit deus. Multa vero ꝛ alia instructio/
nis ecclīastice monimēta nobis i libris di
gesta beatus Dyonisius dereliquit. Quo
rū lectio magnopere ab studiosis qbusqꝫ
expetēda sit. Sed iam ad hystorie ordinē
reuertamur. Sixto romane ecclīe per an/
nos. xi. sacerdotio procurato/succedit dyo
nisius. Et Demetriano apud anthiociaꝫ
defuncto/Paulus de Samosate sacerdo
cium suscepit. Qui paulus abiecta satis ꝛ
indigna de christo sentiens/traditionem
doctrine ecclesiastice corrumpebat: dicens
eum cōmunis nature hominem tantum
fuisse.

¶ Capitulū. xxiii. de concilio episcoporum apud anthiociā aduersus paulum Samosatenū.

Tunc Dyonisius de alexandria ro
gat9 venire ad concilium et senectu
tis impedimēto/ꝛ incōmoditate corporis
inhibetur/ Per epistolā tamen presentem
se reddidit: et quid fidei ac veneratiōis er
ga christum teneret exposuit. Ceteri vero
ecclīaꝝ pastores/diuersis e locis et vrbib9
velut aduersum latronē quendam/christi
gregibus insidiantē/conueniunt Antio/
chiam: In quibus insignes ꝛ ceteris precel
lentes erāt/Firmilianus a cesarea cappa/
docie: Gregorius et Athenodorus frēs pō
ti prouincie sacerdotes: Helenus Sardē/
sis ecclesie episcopus: et Nicomao ab yco
nio. Et Jerosolimoꝝ precipuus sacerdos
Hymeneus: ꝛ viciue huic vrbi cesaree theo
tignus/Sed et maximus Bostrensis epi
scopus/dignus eorū consorcio cohērebat.
Multi vero et alii/quos longū ē enume
rare p singulos. Sed ꝛ p̄sbiteri ꝙplurimi ꝛ
diaconi/ad supradictaꝫ vrbē causa cōpescē
di imo delēdi noui hui9 dogmatis cōuene
runt. Hi ergo omnes sepius in vnū coeū/
tes/Paulūqꝫ Samosatenū statuētēs in
medio/atqꝫ eius heresim quam ille nunc
occultare nūc etiaꝫ dissimulare conabatur
frequēti tractatu et assiduis disputationi/
bus denudātes/arguere blasphemie ꝛ pu
blicare nitebant. Nec tamē vno id aut se/
cūdo tantuꝫ consilio/ad finē perducere po
tuerunt Sed et cōuētū sepe ē/ꝛ absqꝫ ope
precio discessum.

¶ Cap. xxiiii. de quodam gregorio viro sā/cto ꝛ eius mirabilibus gestis

Erū qm̄ beati gregorii hystorie tēp
t9 attulit mentionē/dignissimū pu
to tanti viri gesta q̄ sub orientali et septē/

trionis are cũctoꝝ sermone celebrantur/ omissa nescio quo casu/ huic narrationi ad memoriam posteritatis inserere. Stagnum quoddaz erat in ponti regionibus situm/piscibus copiosum:et quoꝝ captura prediuites reddit⁹ dñis prestabat. Ista possessio duobus fratribus sorte hereditatis obuenerat. Sz pecunie cupiditas/ que pene oĩm corda mortaliũ supat/etiã fraternam necessitudinẽ violauit. conueniebat a fratribus tempore captionis:non taz ad capiendos pisces ꝙ ad homines decipiendos:cedes ac bella mouebantur:huma n⁹ sanguis pro piscibus fũdebatur. Sed dei prouidencia/affuit aliquando auxilium. aduentusqz Gregorii. Uidet prelia z mortes viroꝝ/furẽtesqz germanos:qd cause existeret/ꝓ qua in exitiũ sui suorũqz fratres accenderẽtur inquirit. nullaz nisi capture piscium comꝑit. Tũ ille/cũ ꝓ honore aduentus sui vtreqz partes paululũ siluissent/nolite inqͭ o filioli rationabiles aĩas pro mutis animãtibus violare: fratem az pacẽ questus cupiditate dissoluere: dei leges et nature pariter iura temerare: z vna mecum ad oram stagni exitialis accedite. Ego iam vos per virtutem domini omni certamine cruente contentionis absoluã. Et cum hec dixisset/in conspectu omnium virgam quã tenebat in manu ad primas littoris vndas defigit. Et ipse positis genibus palmas tendit ad celum:atqz hiis verbis excelso supplicat deo. Tu deus patrum nostroꝝ, qui cum tibi primus homo Adam peccasset/z mandatuz tuũ ꝑterisset penã culpe illius moderatus/ad terrã maledictionis sententiã detorsisti dicẽs:maledicta terra ĩ operibus tuis:z nũc ergo miseratus horum iuuenũ fraternũ sanguinẽ qui periclitãtur/precipe vt maledicte sit aq̃ iste in operibus istoꝝ/ꝓ quibus furore succensi fraterne pietatis obliti sũt:ita vt nũquã ĩ hoc loco vel piscis appareat vel aqua resideat. Sed sit campus aratri patiẽs/ac frugũ ferax/et custos ieternũ fraterne concordie ꝓseueret. Simul vt ille orandi finez fecit/statiz se vnda subducens/z cursu velociore fugiens/a conspectu superno iussa discedere/abissis suis redditur:et arentez campũ germanis iam concordibus dereliquit. Sed et in hodiernum frugum ferax esse dicitur solum/quod ante fuerat nauiũ ferax. ¶ Memorat etiã aliud illustri⁹ ab eo et diuinius gestũ. In quodaz loco ruris augusti/cum res poposceret ecclesiam construi/rupes quedam vicini mõtis ex parte orientis obiecta/ex alia vero preterfluens fluuius/spacium quãtuz ecclesie sufficeret denegabat: Et cuz alius omnino nõ esset locus/omnesqz mesticiã agerent ꝙ solũ ad construendam ecclesiam non haberẽt/ille fide plenus pernoctasse in orõne dicitur/z dominum Jesum promissionis sue admonuisse fideliter qua dixit/si habueritis fidẽ sicut granum sinapis/dicetis monti huic tolle te z mitte te ĩ mare/z fiet vtiqz. Cũqz hoc fidẽ plena ac deuotiõe deposceret:ad lucem coeuntibus populis/inuenta ẽ rupis importuna secessisse tantum quãtum spacii ad cõdendã querebatur ecclesiã. ¶ Tra B
duntur eius z alia ꝙplurima. Sed ne ĩ longũ videamur trahere sermonẽ/itermissis ceteris/vnum adhuc de eius gestis aditiã. Iter eius fuisse quondaz per alpes dicitur hyemis tempore. Et cũ ꝑuenisset ad sũmũ alpium iugum/niuibus repleta erant oĩa nullum vsqꝫ diuersorium. Fanum ibi tãtũ appolinis erat. Cui succedens/ transacta nocte discessit. Sacerdos vero erat quidã Fani eius. cui consulere simulacharꝫ Apollinis mos erat/et reddere responsa poscentibus ex quo ei/etiam alimonie quest⁹ esse videbatur. Igitur post digressum Gregorii/offerre consulta/et responsa poscere sacerdos accessit ex more:nihil inde responsum veniebat. Repetit victimas/silentiũ permanet. Iterum atqz iteruz litatur:sur dis ingerit fabulam. Cumqz stupore noui silencii estuaret sacerdos/noctu ei assistens demonium dicit in somnis. Quid me illic inuocas/quo iam venire no possum? Percontanti causam/ aduentu se

Gregorii dicebat expulſum. Quid nunc
remedii daretur cum perquireret/ait: Nō
aliter ſibi licere ingredi locum illum niſi
Gregorius permiſiſſet. Quibus auditis/
ſacerdos occupat vi... multa apud ſemet-
ipſum voluens/atq animo recurſante p-
tractans peruenit ad Gregorium: ador-
ſuſq eum rem pandit ex ordine. humani-
tatis ſue atq hoſpitalitatis admōet: que
relam depulſi numinis promit: ademptaq
facultatem ſui queſtus deplorat: ac reddi
ſibi omnia in priſtinum ſtatum depoſcit.
At ille nichil moratus ſcribit epiſtolam in
hec verba. Gregorius appollini/Permit
to tibi redire ad locum tuum et agere que
conſueuiſti. Hanc epiſtolā ſacerdos ac
cipit/et ad fanum defert. Poſitaq ea iu-
xta ſimulacrum/affuit demō/et dedit re-
ſponſa poſcenti. Tum ille in ſemetipſum
conuerſus ait. Si gregorius iuſſit/et deus
iſte diſceſſit/nec potuit redire niſi iuſſus: et
rurſus iubente Gregorio reſtitutus eſt:
quomodo non multo melior iſto Grego-
rius/cuius hic obtemperat iuſſis? Clau-
ſis igitur ianuis fani/deſcendit ad grego-
rium/epiſtolam ſecum quam acceperat re
ferens/omnemq apud eum rei geſte or-
dinē pandens. Simulq ſe ad pedes eius
proſternens/rogat vt illi ſe deo offerat cu
ius virtute diis gentiu Gregorius impe-
rabat. Cumq enixius et pertinacius inſi
ſteret/catecuminus ab eo factus eſt. Et
cum ſe vite caſtiſſime et aſtinentiſſime de-
relictis omnibus non ſolum erroribus de
monum/ſed et ſeculi actibus/mancipaſ-
ſet: etiam baptiſma conſecutus eſt. Et in-
tantum vite merito ac fidei virtute profe
cit: vt ipſe beato Gregorio in epiſcopatu
ſucceſſor extiterit. Sed et ingenii ſui no-
bis in paruo maxima monimenta dereli
quit. In eccleſiaſtē nanq metafraſim idē
Gregorius magnificentiſſime ſcripſit. Et
catholice fidei expoſitionem breuiter edi-
tam dereliquit: quam pro edificatione ec-
cleſiarum ſociare his commodū duxi Gre
gorii martyris et epiſcopi Neoceſarie fi-
des. Unus deus pater verbi viuentis/ſa
piencie ſubſiſtentis. et virtutis ſue et figu
re: perfectus Perfecti genitor/pater filii
vnigeniti. Unus deus ſolus ex ſolo deo. fi
gura et ymago deitatis. verbū perpetrās
ſapiencia comprehendens omnia: et vir-
tus qua tota creatura fieri potuit. Filius
verus veri et inuiſibilis ex inuiſibili/et in-
corruptilibilis ex incorruptilibili/et imorta
lis ex imortali/et ſēpiternꝰ ex ſempiterno.
Unus ſpūſſanctꝰ/ex deo ſubſtāciā habēs:
et q per filiū apparuit. imago filii perfecti.
Perfecta viuenciū cauſa: ſanctitas ſācti
ficatiōis preſtratrix. Per quē deus ſuper
omnia et in omnibus cognoſcitur: et fili-
us per omnes. Trinitas perfecta/maie-
ſtate et ſempiternitate/et regno minime
diuiditur neq abalienatur. Igitur neq
factū quid/aut ſeruiens in trinitate/neq
ſuperinductum tanq antehac quidē non
ſubſiſtens/poſtea vero ſuper ingreſſum.
Neq itaq defuit vnq filius patri/neq
filio ſpiritus ſanctus. ſed inconuertibilis
et immutabilis eadē trinitas ſemp. Sed
de Gregorio ſatis dictum eſt/nunc ad hy
ſtoriam redeamus.

Capitulū. xxv. de paulo ſamoſateno he
retico/eius intollerabili ſuperbia/eius ex-
comunicatione/ab epiſcopatu depōne/et
eiectione.

Preterea dyoniſius apud Alexan-
driā quieuit ī pace. duodecimo an-
no imperii galieni/decem et ſeptem annis
functus ſacerdocio. Succedit vero ei Ma
ximus. Igitur Galienus cum per annos
xv. Romanum gubernaſſet imperium/
Claudio regni ſucceſſore defunctus eſt.
Qui duobus ſolis annis ī imperio tranſ
actis/Aureliano rerum apicē dereliquit.
Huius temporibus vltimum apud An-
tiochiam epiſcoporum concilium con-
gregatur. In quo Paulus arguitur
manifeſteq conuincitur hereticus: et
damnatur ab omnibus que ſub ce-

lo sunt ecclesiis christi: insistente plurimū
et disceptationibus validissimis perurgen
te Alchione presbr̄o anthiocene ecclīe/ viro
fidelissimo/ et oībus virtutibus adornato:
qui accedebat etiā hoc/ ꝙ erat disertissimꝰ
et potens in vbo atq̄ ī oī eruditiōe pfectꝰ
Deniq̄ oratoriā ī eadē ipā vrbe docuerat
Hunc igitur ab omī epōꝝ consilio pmit-
titur disputatio cū paulo/ excipientibꝰ no-
tariis. Que ita magnifice ab eo et accura
te habita est/ vt scripta ederet/ et nūc quo
q̄ in āmiratiōe sit oībus. Solus etem po
tuit dissimulantē ⁊ occultantē se paulū cō
fessiōibus ppriis publicare. Quibus ita
gestis cōmuni cōsilio vniuersi pariter sa-
cerdotes scribūt eplam ad psonā dioni-
sii episcopi vrbis rome/ et maximi alexan
drie episcopi/ que p oēs mitteret ecclias
per quā cūctis ⁊ sua diligentiā cōprobarēt
et pauli heresim cōfutatam esse atq̄ deie
ctā in vniuersoꝝ notiam puulgarent.
Simul etiam que cū eo questiones habi-
te sint indicant. Sed et vitā ipsius intē-
peratā pariter moresq̄ describunt. Ex q̄-
bus pauca aliqua īserere huic opi nostro
dignū iudicauimꝰ. Dionisio ⁊ maximo ⁊
oībus qui per vniuersū orbem sunt sacer-
dotibus ⁊ coepiscopis/ vna cū copresbiteris
⁊ dyaconibus/ atq̄ omī ecclīe catholice q̄
sub celo ē/ Heleuuo/ ⁊ hymeneus/ Theo
philus/ theotignus/ maximuo/ proculꝰ/ ni
comas/ delianus/ paulus/ bolasus/ prote
genes/ lerax/ eutitius/ thiodorus/ malciō
lutius/ presbiteri: et ceteri oēs qui nobis-
cum congregati sunt ex vicinis vrbibus ⁊
gētibus epī et presbiteri ⁊ diaconi/ dilectis
simis fr̄ibus in dn̄o salutē. Et post pauca
addiderūt mittētes hanc epistolā. Dep-
camur oēs vt si qui forte tali doctrina in
fecti sunt/ curant a vobis sicut et beate me
morie vir dionisius alexādrinus/ et firmi-
lianus/ ex Cappadocia iam prius scripse-
rant ad anthiochie plebē: dedignātes im-
mo potius declinante eo ad personam ipsi-
us scribere qui erat auctor erroris. Ipse au
tē beate meōrie firmilianꝰ/ cū ad huc sup
esset/ secundo affuit/ et presens eum argu-
it ac notauit: sicut oēs nouimꝰ ⁊ testamur
q̄ simul cū illo veneramꝰ. Sed repromit-
tente eo corrigere errorē/ credidit: sperans
posse fieri/ vt absq̄ religiōis nostre oppro
brio/ ⁊ dissensionū nota/ res veniret in me
liꝰ. Et ideo dissimulauerat: cū tamē pau
lus dolo differret/ ⁊ hominē quidē falleret
deū autē negaret/ ac fidē in qua renatꝰ fu
erat violaret. Deniq̄ et nūc beatus firmi
lianus veniebat anthiochā/ et cū tarsū
vsq̄ puenisset/ et nos oēs antiochie posi
ti aduentū illiꝰ opperiremur: nunciatꝰ est
nobis excessisse de mūdo. Post aliquan B
ta vero describētes eius vitā moresq̄ adi
ciūt etiam hec. Postea vero ꝙ a doctrine
regula ad aliena se dogmata ⁊ adulteriā
cōuertit/ nō opus est enumerare actus eiꝰ
priores: quo modo cū prius egēs fuerit et
pauperrimus/ neq̄ ex parentū successio
ne/ neq̄ vllam questus occasionē habue-
rit honestam/ nūc ad sūmas diuitias pue
nerit/ non aliūde nisi ex sacrilegiio. Et ex
iis que per fraudē diripuit/ cōcutiēs frēs/
vendēs patrocinia: ⁊ fidē negotioꝝ susce
ptoꝝ/ nec accepta mercede custodiēs: exi-
stimans secūdū qd̄ scriptū est questū esse
pietatē. Supbiam vero eiꝰ q̄s ferre posset
cum se magis ducenariū ꝙ episcopū vi-
deri vellet? Nam et incedēs per plateam
tali quadā ambitiōe vtebat: publice epi
stolas relegēs: atq̄ ī auditu oīm ⁊ oculis
dictans assistentibus sibi ī platea notari
is. Directio quoq̄ pretereūtium et consti
patio īsequentium ꝙ plurima querebat:
ita vt oēs qui videbant/ horrescerent ⁊ de
testarentur per illius arrogantiam religi
onem diuinam. Hec in publico. Intra ec
clesiam vero tribunal sibi multo altius
ꝙ fuerat/ extrui et thronum in excelsiori
bus collocari iubet. Secretarium quoq̄
sterni ⁊ parari sicut iudicibus seculi solet
Verbū vero faciēs ad plebē/ iactare su-
pra modū dexteram/ ac palmā femori il-
lidere/ pede quoq̄ subsaltare/ ac ferire sca
bellum cū sonitu. Ab auditoribꝰ vero nō
fauorē neq̄ plausum spare solū/ sed thea
trali more oraria moueri sibi expetebat: ⁊

voces tanq̄ de caueis bari. Hec non solū
a viris/ Sed etiaʒ a mulieribus īdecenter
expetebantur. Si quis vero auditoꝝ hone
stius ⁊ verecundius agēs a clamore nimio
temperasset: velut iiuriaʒ faciēs patiebaẗ
iniuriam. Sed et antiquis et defunctis iaʒ
tractatoribus insultabat: ⁊ illis bero gans
suas laudes i verecunde impudēteꝗʒ ia⁄
ctabat: rethoreʒ se magis q̄ ecclesie docto
rē laudari cupiebat. Psalmos vero qui in
dominuʒ nostrum Jesuʒ christū dicebanẗ
cessare fecit: velut Neotericos et nup īnē
tos. In semetipsum vero cōposito o dieb⁹
pasche in medio ecclesie/ can ere mulieres
maxime quas ipe prius ad canēdū ꝑ more
instituerat faciebat: ita vt horresceret si q̄s
audiret. Naʒ cū ipse filiū dei negaret descē
disse de celo/ Sed s maria cepisse/ ⁊ iniciuʒ
habuisse de terrs: psalmi qui in ipsuʒ dice
bantur/ et quibus i populo laudabatur an
gelum eum dicebant descendisse de c elis.
Et hec ipse assistens et audiens/ non solū
dici nō prohibebat/ sed elato supcilio dele⁄
ctabatur audire. De mulieribus vero que
cum ipso simul manebant/ quas synicun⁄
ctas Antioceni appellant / quid opus est
dici: Ex quarum societate ⁊ cōtubernio vt
sibi nulla questio moueretur/ etiaʒ presbi
teris ⁊ dyaconis suis iis dūtaxat qui ei mo
rē gerebant habitādi mulieres secū similē
licentiā dedit. Sed ⁊ cōgregandi diuitias.
tribuit facultatē: quo ipi i similib⁹ o bnoxii
magistro nequaq̄ crimen ipingerēt. Nos
aūt idcirco hec scribimus fratres kmi: quia
nouimus q̄ sacrosanctū debeat esse episco
pale sacerdotiū. qd̄ ⁊ clero ⁊ plebi esse debe⁄
at exemplo. Neqʒ enim ignoramus quos⁄
dam dum incautus sibi s d cohabitandū
suugūt mulierculas/ cecidisse. Quod etiā
si nō fiat/ certe in suspitionē venire de tali
bus sacerdoti grauissimū est. Quomodo
aūt vetare poterit eos qui infirmiores sūt
a mulierū cōsortio quibus ex iis que gerit
auctoritatē pbebet: Tantus vero ac tam i
mitis suis fuit i potentatu/ ⁊ ita specie qua
dam tyrannidis elatus est/ vt ne ad argu
endū quidē quisquaʒ vel accusandū aude

ret accedere. Sed et que diximꝰ/ cōdēnari
possent etiam in eo qui fidē catholicā ser⁄
uat/ ⁊ ē ecclesiastici dogmatis veritate pdu
rat. Hic vero qui abiurato fidei misterio/
ad pollutissimā se arcē ⁊ heresiz ptulit (ne
cessariū em̄ fuit etiam partē erroris ipsius
designari) quo modo habēdus/ vẗ quomo
do execrandus est. ¶ Et post multa i fine
epistole addunt etiam hec. Igitur n ecclesia
rum visum est huic resistentē deo/ neqʒ ac
quiescentem vere fidei abici et abiurari.
Alium vero pro ipso ecclie catholice cōsti⁄
tui episcopū ꝑ dei gratiam prouisū/ filiuʒ
beate memorie Demetriani: qui hunc ipi
ecclie inculpabiliter prefuit/ Dōnuʒ noie
virū oibus bonis ornatum. Indicauimus
aūt vobis de eo/ vt sciatis ad ipsuʒ vos scri
bere debere: et ab ipo cōmunionis scripta
suscipere. Hic autē qui indignus habitus
est esse in ecclia catholica/ anathema scri⁄
baẗ. ⁊ illius hereseos sectatores excomuni
centur. Dōno igitur in episcopatū subro⁄
gato/ Paulus a sacerdotio abscisus ⁊ cō⁄
munione/ cū d̄ domo ecclesie nollet exire/ i
terpellatus iperator Aurelianus religiose
satis de hoc sācteqʒ decernit: iis precipiēs
ecclesie domū tradi/ quibus italie sacerdo
tes ⁊ Romanus episcopus scriberent. Et
iterū predict⁹ paulus ad cetera mala etiā
hoc dedecoris acquisiuit/ vt manu publi⁄
ca de ecclesia pelleret. Et tunc quidē talis
erga nos existebat Aurelianus. Processu
vero temporis immutare propositi sui bo⁄
num cepit: et malis consiliis depravatus/
persecutionem erga dei ecclesias medita⁄
ri eo vsqʒ vt dicaẗ/ q dictatis iam litteris
et scriptis/ cuʒ superesset sola subscriptio/ di
uina dextera interueniens/ subscriptionem
nefande dextere deturbauerit. Morte et
enim subita condemnatur qui de piorum
morte censebat: vt ostēderet deus q̄ n nō
cum voluerit tyrannus/ cruciamur sed cuʒ
probauerit ipe corripimur. Igitur sex ānis
Aurelianus cum gubernasset principatuʒ
Probus post hunc suscepit. Cui cum tātū
dem temporis expleuisset imperium/ Carus
vna cum filiis Carino et Numeriano

huic q̄si simile habetur i historia tri par. lege. vii. c. 35. a in fi.

succedit. A quibus tribus annis nec plenis Romano regno administrato / Diocleciānus suscepit pricipatum. Is vero maxias in nrōs persecutions z ecclesiaꝝ subuersione smolitus est.

Cap. xxvi. de mane a quo manicheoꝝ heresis oritur.

Sed paulo āte ꝙ hic iperiū sumeret in vrbe Roma defuncto Dionisio post nouez annos sacerdotij / felix suscepit sedem. Quo tempore Manes quidā secūduz nomē suū insaniēs / et instinctu deōis agitatus / inuisam et execrabilez oībus heresim docet. Hic aūt manes gente perses vita z moribus barbarus fuit: tā acer ingenio / vt insanire vel demone adimpleri videretur. Deniqz vt rei exitus docet / christi se nūc gerere formā conabatur ostendere: nūc ipm̄ se esse paraclitum predicabat. Ex elatus insania / ad similitudinem christi / duodecim discipulos eligens / ad predicandum mittebat dogmata stulta z impia a diuersis hereticis qui iam prius extīcti fuerant mutuata disseminās / et nostro orbi Persica venena propinans.. Ex hoc ergo Manicheoꝝ heresis / vsqz in hodiernū diffunditur: es tempore exorta / quo Felix i vrbe Roma ecclesie preerat. Qui per quiqz annos administrato sacerdotio / Euticiano sedez reliquit. Is decem mēsibus solis transactis / gaio epātū tradidit. Qui nr̄is iam temporibus quindecim annis sacerdotio perfunctus / Marcellinum successorem reliquit. Quē iam persecutionis tempus inuenit.

Cap. xxvii. de anatholio viro eruditissimo eiusqz subtili industria qua alexandriam ciuitatē fame pariter absoluit z bello / z quid ipse de pascha senserit.

[E]a tēpestate apud Antiochiā sacerdotiuz post Dōnū susceperat Timeus: Post timeū vero Cirillus. Cirillo aūt successit Dorotheus. Qui ad nr̄am vsqz memoriam perdurauit / vir eruditissimus z in scripturis diuinis satis intentus. qui pro multa diligentia / etiam hebream linguam didicerat. Greca autē / eruditione liberali a puero fuerat īstitutus. Is eunuchus a natiuitate fuit. Ex quo etiā ipe[ratori] in āmiratione eū duxerat: et honorē ei cōtulerat purpure prepositurā. Huius etiam nos cū in ecclesia scripturas exponeret auditores i pueritia fuimus. Post hūc autē Tyrannus apud antiochiā sacerdotium suscepit: sub quo ecclīaꝝ psecutio increuit. Apud Laoditiā post Socratē / Eusebius / Alexandrinus genere episcopꝰ fuit Qui in causa pauli Samosateni ad ptes syrie cū venisset / cpesset in scripturis diuinis eruditus / a fratribꝰ studiosis velut thesaurus quidaz repertus / vltra nusꝙ abire permissus ē: sicut Dyonisius i eplīs suis scribit. Huic quoqz anatholius successor vt aūt bonus boni extitit. Qui z ipse genere alexandrinus erat: eruditione vero liberalium litterarū / z in philosophicis a puero apprime eruditus: ita vt apud Alexandriam dyalecticaz docere ab oibꝰ eruditis viris z philosophicis cogeret. Hunc etiaz belli tēpore quod iter ciues exortū ē apud Alexandriā / ferūt multa bona ciuibꝰ in cōsiliis z prouisionibus prestitisse. Ex quibꝰ vnū tātūmodo factū breuitatis causa memorabo. Frumētū aiūt cū deesset obsessis / et fames grauius ꝙ hostis vrgeret / tercia pars cum due se inuicē impugnarent erat populi separata: q̄ quasi fidem Romanis seruabat. In qua pte / tunc etiā supradictꝰ Anatholius erat absqz ipugnatione. Hic ad magistrum milicie refert / eumqz de famis necessitate q̄ obsessis acciderat edocet et impetratā gratiam ciuibus defert. eāqz hoc modo distribuit. Primū q̄dez vtrasqz partes inter se dissidēteo allo quitur / ac romanis redire in gratiā suadet. Sed cū reluctantes videret / hoc saltim inquit credo vos libenter accipere / vt omnē nr̄oꝝ manum imbellem que belli quidem vobis nequaꝙ / cibi tamē necessario particeps est / exire portas sinatis. Consilium ab vtraqz parte gratanter acceptum est. Decernūt

imbellē manū egredi castris debere. Da
ta occasione/omnes pene qui inedia cō/
sumebat/pariter cū imbellibus erumpūt.
Precipue nostri quibus bellum gerere cō
tra propositū erat. Quos oēs Anatholi⁹
suscipiens/parentis simul ac medici foue
bat affectu: et ita multitudini per ciuz sa
lutem propere contulit. Reliquis vero qui
pauci remanserant/formidinē belli ⁊ de/
sideriuz pacis incussit: ita misericordi pru
dentiq₃ cōsilio vrbem maximam fame pa
riter absoluit et bello.. ¶ Hūc ergo secūdū
de Alexandria/dei munere/Laodicenorū
ciuitas accepit episcopuz/post transactuz
quod supra memoraui⁹ bellu₃. Mul/
ta quoq₃ opuscula supradicti anatolii ma
gnifice composita ad nos vsq₃ venerunt.
Ex quibus michi dignū videtur de pascha
quid senserit/ipsius verbis proferre. Est er/
go inquit in primo anno initiū primi mē/
sis qđ est .x. et viii. annorū circuli pricipiuz
Secunduz egyptios quidē mensis Fame
noth vicesima sexta die. Secundū Mace/
dones/distri mensis vicesima secūda: secū
dū vero romanos/vndecio kal. aprilis. in
qua die inuenitur sol nō soluz cōscendisse
primaz partē/verū etiam quartaz iā in ea
die habere: id est in prima ex duodeciz par/
tib⁹. Hec aūt particula prima ex duodeciz
vernale est equinoctiū. Et ipsa est initium
mensiuz et caput circuli/et absolutio curs⁹
stellarū/que planete id est vage dicuntur:
ac finis duodecime particule ⁊ totius circu
li terminis. Et ideo nō parū deliquere di/
cimus eos qui ante initiū hoc noui anni/
pascha putant esse celebrandū Sed nec a
nobis primis exordiū sumit hec ratio: anti
quis iudeis fuisse cōprobata demonstratur
et ante aduētū christi obseruata/sicut eui/
denter edocet Philo et Josephus. Sed et
horum antiquiores Agathobolus: ⁊ adeo
eruditus Aristobolus ex Paneada: q̄ vn⁹
ex illis .lxx. senioribus fuit/qui missi fuerāt
a pōtificibus ad ptolomeum regē/hebreo
ruz libros interpretari in grecū sermonem
Qui ⁊ multa ex traditionibus Moysi/ p
ponenti regi perūctātiq₃/respōderāt. Ipsi
ergo cuz q̄stiones exodi exponerēt dixerūt
pascha nō prius esse imolandū q̄ equocti/
um vernale transiret. Aristobol⁹ vero etiā
hec addit/in die pasche nō solū obseruādū
esse/vt sol equnoctiū vernale transcēdat/ve
rum et luna. Cum eñ duo sint equinoctia
inquit veris ⁊ autūni equis spatiis direpta
et quartadecima die mensis primi sit sta/
tuta solēnitas post vesperaz/quādo luna
soli opposita e regione deprehēditur sicut
etiam oculis probari licet/ Inuenit vtiq₃
vernalis equinoctii partez sol obtinēs/lu/
na vero ecōtrario autūnalis. Legi et i cor
libus alia multa de his/validissimis asser
tionibus exposita: q̄ euidēter ostēdāt pas/
che solēnitatez omni genere post equoctiū
celebrandam. Multa ⁊ alia preterea non
solū religiosis viris/sed ⁊ philosophis ami/
miranda scripta anatholius dereliquit. q̄/
bus salutaris eius eruditio scire volentib⁹
innotescat. Hunc prim⁹ theotegnus sacer/
dotiuz Cesaree tenens in episcopatū ma/
nus iposuit: et viuens ipse sibi eū successo
rem sue cathedre statuit. Unde ⁊ aliquan
to tēpore pariter cum ipso Theotegno ce
sariensi ecclesie prefuit.

¶ Capitulū .xxviii. de nobilibus i ecclia vi
ris quorū aliquanti vsq₃ ad scriptoris me/
moriam pdurarunt.

Ed cū aduersū paulū Samosate/
nū Antiochiā cōueniretur ad cōci/
lium/pretergredientē anatholiū/defūcto
Eusebio Laodicēsis ecclia vi⁶bi vendica
uit episcopū. Post quē vltimu⁹ q₃ vsq₃ ad p
secutionis tēpus apud Laodiciā Stepha
nus eccliam gubernauit. Et ipe eruditiōe
et eloquētia prioribus nō iferior/sed fidei
virtute longe dissimilis: sicut persecutiōis
ignis probauit. Nichil enim philosophie
in necessitate tentationis ostendit: sed nō
continuo in illius infirmitate/dei pauper
tas ostenditur. Post huius nāq₃ casum/
prouidit deus ecclie illi episcopū theodotū
noie: virū non solū verbis: sed reb⁹ ⁊ virtu
tibus ornatū. Hic arte quidē medic⁹ fuit:

sed ad animarum a dño translatus est medi/
cinã. Vere incõparabilis, qui supõnes pe/
ne homines/ fide misericordia studio/ vigi
lantia atqz o'bus optimis institutionib9
claruit. in scripturis quoqz diuinis/ laborẽ
quãplurimũ gessit. interea apud Cesareã
Palestine Theotigno cũ epãtum soller/
tissime peregisse/ Agapius succedit. Qui
et ipse multo labore multa qz diligẽtis in
gubernatione populi adhibita/ z precipue
erga indigentes paterna prouidentia fere
batur. A quo z vir per õnis prudentissimus
vita eruditiore moribus adornatus Pã/
philus/ ecclesie ipsius presbiter subrogatur
Sed iste pamphilus quis vel sit z quãtus/ et
vnde oriundus qm nõ erat dignũ breuiter
transcurrere/ oẽm eius vitã [illegible] tione
qz a puero/ z quãta i p'[illegible] [illegible] diuer/
sas confessiones ptulerit [illegible] qz agones
decertauerit/ et [illegible] liter sup omnia coronã
martyrii adeptus sit/ proprio id opusculo cõ
prehendimus. De hoc ergo q̃ mirabilis
fuerit/ illa lectio doceat. Sed et alios quã
plurimos p illud tempus ammirabiles in
presbiteris viros nostri tẽs memoria tenet.
Ut apud Alexandriam Pierium. Mele
tiũ vero apud Pontũ: qui epũs postmodũ
factus est. Sed hierius quidez acer igenio
in diuinis scripturis nobiliter eruditus/ vi
ta purissimus/ atqz ob christianam philo
sophiam rudis. Et penitus expe/
ditus. doctor ecclesie incomparabilis/ pri/
uatim et publice mirabiliter disputans.
Meletius vero tante fuit suauitatis i mo
ribus/ et [illegible] te dulcedinis/ vt Mel atti/
cum a sociis suis vocaretur. In omni eruditi
one per[illegible]us in Rhetoricis talis erat/ vt
aliis studiis nũq̃ vacasse putaret. i cũctis
vero philosophie generibus/ que in quĩqz
diuidũt disciplinas/ ita erat per singulas
consumatus. vt cũ in vna quaqz quis expe
riri voluissẽt/ i hac eum sola a puero habu
isse exercitiũ iudicaret. Cumqz esset erudi
tionũ prerogatiua magnificus/ virt9 tamẽ
animi et vite sinceritas longe in eo magni
ficentior habebatur. Quẽ nobis psecutio
nis tpre in fuga positũ apud palestinã dili
gentius z plenius agnoscere licuit. Igitur
Jerosolimis post Hymeneuz de quo pau/
lo ante memorauimus z apdss sacerdoti/
um suscepit. Q̃ŝ paruo tempore ãmistra/
tum Hermoni post se tradidit. Hic vsqz
ad nostri temporis psecutionẽ/ apostolicã
illi di quoz [illegible] sceperat cathedrã cõseruauit
apud alexandriam vero/ maximo q̃ succes
serat Dionisio/ cum decem et octo annis
sacerdotiũ transegisset: Theonas succedit
cuius tempore Achillas eiusdez ecclesie p/
sbiter/ ecclesiastice scole magisteriũ tenuit
eruditione/ fide/ cõuersatione et moribus
insignis. Theonas vero cũ decẽ z nouem
annis sacerdotiũ inculpabiliter ministras
et/ sedez tradidit Petro viro iter pcipuos
egregio. Hic duodecĩ ãnos i epãtu illi9 vr
bis exegit. Quoz tres ante psecutionẽ reli
quos vero nouẽ. diuisis in tentationum ge
neribus duxit. Cũqz semp i omni agone p/
secutionuz positus/ artioribus se vinculis
continẽcie distringeret/ z ad vtilitatẽ atqz
instructionẽ ecclesie in verbo dei nobiliter
insisteret/ sstisqz vigilãter erga oẽm sacer
dotii curam diebus sudaret ac noctib9: no
no psecutionis anno/ episcopat9 vero sui
duodecimo/ martirii coronã capitis obtrũ
catiõe pmeruit. Huiusqz successiões epi
scopoz/ gesta qz diuersa a dñi z saluatoris
nostri natiuitate vsqz ad tẽpus psecutiõis
in qua ecclesie quoqz destructe sunt/ histo
rie mandauimus. De reliquo vero/ ago/
nes martyrũ/ quos ipsi per nosmetipos vi
dimus describẽtes/ posteris ad memori
am relinquamus.

Explicit liber septimus.

Incipit liber octauus.

[A]Postoloṝ successionibus
intra. vii. libros a nobis cõ/
clusis/ in hoc octauo volu/
mine dignũ credidi etiã eas
que nostris tẽporib9 gesta
sunt posterioꝝ memorie derelinq̃re: et hic
iam nobis sermo sumat exordiũ.

Ca. i. q̃ iusto dei iudicio dira in christia
nos psecutio sub diocletiano orta est.

Tꝫ em̄ ante nostri tēporis persecu
tionē ꝙ mirabiliter ꝙqꝫ magni fi
te per vniuersū mūdū sermo christi ꝛ pieta
tis doctrina ꝓfecerit/ꝛ inquantū sublimi
tatis ascenderit/enarrare vires nostras su
perat. Nosci tamē et ex hoc possibile est/
ꝙ aliquanti ex prīcipib⁹ romanis/et facul
tatē regendi ꝓuincias/iurisqꝫ dicendi no/
stris prebebant. Et cōiugib⁹ ac ministris
atqꝫ vniuerse domui sue nō solū credere ī
dn̄m nostrū iesū christū/verū et cū omi fi/
ducia ac libertate in fide agere sinebant:
ita vt illos sibi fideles ac familiares duce/
rent/de quibus certi erant ꝙ pro fide xp̄i
nichil perfidū saperent. Sicut fuit opina
tissimus ille dorotheus in cubiculo regū:
qui propter fidē dn̄i fidelissimus in oībus
habebatur. Unde et cunctis preferri ꝛ ho/
nore meruit et amore. Cū quo et Gorgo/
nius ceteriqꝫ cum ipsis in dn̄o fideles: vel
qui ītra palatiū in sūmis honoribus erāt
vel qui ad ꝓuincias gubernādas ꝓferri cete
teris fidei cōtemplatione merebantur. Jā
vero multitudines cocuntiū intra ecclesi/
as populorū/et precipue in diebus festis
innumerabiles cateruas per loca singula
cōfluētes/quis digne poterit explicare:cū
ne ipsa quidē antiqua receptacula suffice
rent/sed quottidie orationū domus dila/
tarentur:ita vt amplitudo earꝫ cōcludere
instar vrbiū videretur. Sic per tēpus plu/
rimū/ecclesiarū status incremētis ꝓsperi
oribus augebat:et gloria earū terris exce
dens et cuncta supemineus/festinare vide
batur ad celum. Nulla em̄ occurrebat in/
uidia/null⁹ liuor nequissimi demonis ob
uiabat:quoniā quidē celestis dextere ful/
ciebat auxilio populus etiā tū bene de deo
proprietatis cultu et iusticie obseruatione
Uantam vero virtutē habeat simplicitas fidei/etiam ex iis que inibi gesta referuntur agnoscimus. Etenim cū pro studio religiosi impatoris/ex omni terra sacerdotes dei coissent/opinione cōmoti philosophi quoq; ꝛ dialectici valde nobiles ꝛ opinatissimi cōuenerūt. Jn quibꝰ quidaꝫ insignis in arte dialectica ꝑ dies singulos conflictum sūmi certaminis cū episcopis nr̄is/viri ad eque in dialectica nō iprobabiliter eruditis mouebat: ꝛ fiebat ingēs

spectaculum: Conuentibus ad audiēduz doctis z litteratis viris: nec tamē vllo genere philosophus cōcludi a quoquā poterat aut constringi. Tanta etenim dicendi arte obiectis questionibus occurrebat: vt vbi maxime putaretur astrict⁹/velut anguis lubricus laberet. Sed vt ostēderet deus ꝙ non in sermone regnum dei/sed ī virtute consistit: quidā ex cōfessoribus simplicissime nature vir/z nichil aliud sciēs nisi christum iesum z hūc crucifixū/iter ceteros auditores episcopus aderat. Qui cū vidisset philosophū ī sultātē nostris/et callida se disputationis arte iactantē poscit ab oīb⁹ locuz velle se paucis cū philosopho sermocinari. Tum vero nostri qui simplicitatez viri et impericiem ī sermone dūtaxat nossent/pauere: z velut pudorē quendā pati: ne forte apud callidos homīes risui efficeretur sancta simplicitas. Persistit tamen senior: z hinc mouit sermonis exordium. In noīe inquit Jesu christi/philosophe audi que vera sunt. Deus vnus est q celū fecit et terram: Quiqz homini quē de terre limo formauerat spm̄ dedit vniuersa: que videntur et que non vidētur virtute verbi sui creauit: z spūs sui sāctificatione firmauit. Hoc verbuz ac sapiencia quem nos filium dicimus/humanos miseratus errores ex virgine nascit: et ꝑ passionē mortis a ppetua nos morte liberauit: ac resurrectione sua/eternam nobis contulit vitam Quem et expectamus iudicē oīm que gerimus esse venturum. Credis hoc ita esse philosophe? At ille velut si nuꝙ̄ vllum sermonen cōtradicēdi didicisset/ita obstupefactus virtute dictoꝝ mutus ad oīa/hoc solū potuit respōdere/ita sibi videri. Nec aliud verū esse ꝙ̄ quod dixerat. Tū senior Si hoc inquit ita esse credidisti/surge z sequere me: ac dñicā z huius fidei signaculū suscipe. Et philosophus conuersus ad discipulos suos/vel ad eos qui audiendi gracia conuenerant: Audite inquit o eruditi viri/donec verbis mecū gesta res est/verba verbis opposui: Et que dicebantur dicendi arte subuerti. Ubi vero ꝓ verbis virtus processit ex ore dicētis. nō potuerunt resistere verba virtuti: nec homo aduersari potuit deo. Et ideo si quis vestrū potuit in his que dicta sunt sentire q sensi/credat christo z sequatur hūc senē/ī quo locutus est deus Jta philosophus christian⁹ effect⁹ tandem se gratulatus est victum.

Idē i hy. trip. li.ii. cap. iii.

Capitulum. iiii. de pafnucio confessore eiusqz miraculis.

Fuit preterea ī illo concilio z pafnucius homo dei/episcopus ex egypti ꝑtibus: confessor ex illis quos Maximin⁹ dextris oculis effossis/et sinistro polite succiso/ꝑ metalla dānauerat. Sed in hoc tanta virtutum inerat gracia/vt signa ꝑ eū nōminus ꝙ̄ hudū ꝑ apostolos fierent. Nam z demones/tantum verbo fugabat et egros sola oratione curabat. Sed et cecis visum dicit reddidisse: Et paraliticos ad stabilitatem corporis reuocasse. Quez Constantinus in tanta veneratiōe z affectu habuit/vt sepius eum intra palacium euocatum complecteretur: et illum oculuz qui ī confessione fidei fuerat euulsus/auidioribus osculis demulceret.

C. pafnucio etiam infra. lib. x. ca. i. A. in hystori. li. i. ca. x. A. z. li ii. capi. A.

Cap. v. de spiridione episcopo z ei⁹ mirabilibus homousionqz additiōe ī symbolo

Ex eorū numero z si quid adhuc eminentius fuisse dicitur/etiaz Spiridion Ciprius episcopus/vir vnus ex ordine ꝓphetaꝝ ꝙ̄tum etiam nos eoꝝ qui eū viderant narratiōe cōperimus. Hic pastor ouiū etiam in episcopatu positus permansit. Quadā vero nocte/cū ad caulas fures venissent/et manus improbas quo aditū educēdis ouibus facerēt extēdissent: inuisibilib⁹ quibusdā vinculis restricti/vsqz ad lucem velut traditi tortoribus ꝑmāserunt Cū vero oues ducturus ad pascua matutinus se ageret senior: videt iuuenes absqz hūanis vinculis caulis pendere districtos Cūqz causam noxe comperisset: absoluit sermone quos meritis vinxerat. Et ne eis

de ho. spiridione etiā i hysto tri. li. i. ca. x. fere ꝑ totū

A

manis nocturna cederet occupatio: tollite cinge iuuenca vnū vobis arietē: ne sine eā venisse videamini: quē melius prece q̄ furto quesisse conuenerat. Tradūt de hoc etiam illud factū mirabile. Filiam habuit prenē noīe: que ei cū bene ministrasset/virgo defūcta est. Post eius obitū venit quidam dicens se ei quoddam depositum cōmendasse. Rem gestā ignorauerat pater. Perquisituz in tota domo nusq̄ quod poscebat inueutū est. Persistebat ille qui cōmendauerat: z fletu ac lacrimis purgedat. Uite quoqz sue illaturuz se esse exitiū/nisi cōmendata reciperet testabat. Permotus lacrimis eius senex/ad sepulchrū filie properat: atqz eam ex noīe clamitat. Tū illa de sepulchro/quid vis ait pater? Cōmenda tum illius inquit vbi posuisti? At illa locū designans/illic ait inuenies defossuz. Regressus ad domuz/rem sicut filia de sepulchro responderat repertā tradidit reposcēti. Sed et multa alia eius ferunt gesta mirabilia: que etiā nunc ore oīm celebrantur. Talea igit in illis adhuc tēporibus per multi viri i ecclesiis dñi refulgebāt/ex qui
5 bus plurimi in illo concilio fuerunt. Sed et Athanasius eodem tempore alexandri diaconus Alexandrini episcopi aderat: cō filiis senem quāplurimis iuuās. Interea per dies singulos agitabat conuētus: nec facile aut temere de re tāta statuere audebant. Euocabatur frequēter Arrius in cōcilium/et assiduo tractatu assertiones ei9 dissutiebant. Et quid aduersuz hoc teneri deberet aut statui/sūma cū liberatiōe querebatur. Uerum post diutinū multumqz tractatum placet omnibus/ac velut vno cunctorum ore z corde decernit. homousiō scribi debere: id est eiusdē cuz patre substā de filiuz confiteri: idqz firmissima omniū sentencia pronunciat. Decē z septē et soli tunc fuisse dicunt/quibus arrii fides magis placeret: extrinsecus creatum dei filiū ex nullis substantibus/et non ex ipsa patris deitate progenitum cōfirmantes. Defertur ad Constantinum sacerdotalis cōcilii sentencia. Ille tanq̄ a deo prolatā veneratur. Cui si qui temptasset obniti/velut cōtra diuina statuta venientem/in exilium se protestatur acturum. Sex igitur soli cum Arrio se patiuntur expelli: reliqui vero vndecim concilio inter se habito acquiescūt ad subscribendum manu sola nō mente. Cuius simulationis auctor precipue extitit Nicomedie episcopus Eusebius. Interim quoquomodo aliis veritate aliis simulatione (sicut post exit9 docuit) subscribentibus/et de singulis quibusqz ecclesiasticis obseruationibus certa statuta fingentibus/concilium direptum est. Exemplum autē expositionis fidei eoꝝ q̄ conuenerant infra scriptum est. Exemplum fidei Nicene.

¶ Cap. vi. de expōne fidei in cōsilio niceno facta et eiusdem concilii actio

Redimus in vnum deum patrem omnipotentem: omnium visibilium et inuisibilium factorem. Et in vnum dominum nostrum Jesum christum/filium dei/de patre natum vnigenitum. Hoc est de substantia patris. Deuz ex deo: lumen ex lumine. Deum veruz/ex deo vero. Natum nō factum. Homousiō patri: hoc ē eiusdez cū patre substātie. Per quem omnia facta sunt/que in celo et que in terris. Qui propter nos et propter nostrā salutē descēdit: z icarnat9 est hō fact9 passus est: et resurrexit tertia die: z ascēdit in celos. Inde venturus est iudicare viuos et mortuos. Et in spiritū sanctū. Eos aūt qui dicunt/erat aliquādo quādo non erat et anteq̄ nasceretur nō erat/z quia ex nullis extantibus factus est/aut ex alia substantia dicunt esse aut cōuertibilē/vel mutabilem filium dei: anathematizat catholica et apostolica ecclesia. A

Acta niceni concilii ¶ .i.

Statuunt preterea obseruandum esse in ecclesiis/ne quis ex iis qui semetipsos per impatientiam libidinis excide- B
runt/veniret ad clerum. ¶ ii. Et ne quis nuper assumptus ex vita vel con-

uersatione gētili accepto baptismo anteq̄ cautius examinetur clericus fiat. ℂiii

ℂ Et ne q̄s epōꝝ cetorūq̄ȝ clericorū cū ȝ extraneis mulieribus habitet preter cū matre/vel sorore/vel thia/vel si que sunt huiusmodi necessitudinū persone. ℂiiii Et vt episcopus si fieri potest/a totius prouīcie episcopis ordinetur. Si hoc difficile ē/certe non minus q̄ a tribus:ita tamē vt Metropolitani episcopi maxime vel presentia vel auctoritas habeatur. Absq̄ȝ quo ordinationē irritā esse voluerunt. ℂv. Et ne quē si ali⁹ episcopus de ecclesia expulerit/siue clericū/siue laicū/suscipiat alius. Sane/nec hoc aut iracundia aliqua aut cōtētione (vt fieri solet) iniuste factuȝ remedium nō haberet/decernūt per singulos annos in singulis vrbibus atq̄ȝ prouīciis/secundo ab omnibus episcopis puincialib⁹ cōsilia agi debere:ꝛ de huiuscemodi negotiis iudicari:vt si forte ab vno īique aliq̄d gestum est/a ceteris emendetur. Si recte vt ab omnibus confirmetur: ℂvi. Et vt apud Alexandriā vel in vrbe Roma vetusta consuetudo seruetur/vt vel ille egypti vel hic suburbicarū ecclesiaꝝ sollicitudinē gerat. ℂvii. Et vt si forte in ordinādo episcopo duo vel tres pro aliqua contentione dissentiant/reliquoꝝ auctoritas et p̄cipue Metropolitani cuȝ ceteris firmior habeatur. ℂviii. Et vt episcopo Jerosolimorum/antiquit⁹ tradita honoris prerogatiua seruetur:manente nichilomin⁹ et Metropolitani ipsius prouīcie dignitate. ℂix Et vt cathareos (qui apud nos Nouatiani sunt) si forte penitentes ad ecclesiaȝ cōuertantur/confessos ecclīastica dogmata clericos in ordine quidem suo suscipi debere. sed ordinatione data: Sane si episcop⁹ ipoꝝ veniat ad episcopū nostrū/debere eū in presbiteroꝝ loco sedere. Episcopi vero nomen maneie apud illū soluȝ/qui catholicam semper tenuit fidē: nisi sua volūtate ipse euȝ tali nomine honorare voluerit: vel si placuerit vt querat ei episcopi locuȝ vacantem/hoc sit in ipsius potestate. ℂx. Et ne ī vna ciuitate duo sint episcopi. ℂxi

Et si qui forte indiscrete ad sacerdotium prouecti/postmodū vel ipsi aliq̄d de se criminosum confessi sunt/vel ab aliis reuicti vt abitiantur. Sed et si qui ex iis qui lapsi sunt/ꝛ per ignorantiā forte ordinati regogniti fuerint/vt abitiantur. ℂxii. Et si qui absq̄ȝ tormentis in persecutionib⁹ lapsi sunt et ex corde agunt penitētiam:quiq̄ȝ annos intra catecuminos faciant/ꝛ duobus annis post hoc fidelibus tantū ī oratione iungantur: ꝛ ita postmodū suscipiātur. Qui vero propter cōfessionē militiaȝ abiecerant/et rursum hanc ādierunt/dos tredecim annis penitentiā gerere: et postea suscipi si tamen ex corde penitentiā gerant. Esse tamē ꝛ ī potestate episcopi moderādi facultatē/si eorū fructuosam et attentam penitētiaȝ viderit. ℂxiii. De iis vero qui vita excedunt penitētibus. decernunt vacuū nullū debere dimitti. Si qui sane accepta cōmunione superuixerit/deberet eū tempora statuta complere:vel certe put moderatio episcopi voluerit. ℂxiiii. Et ne diaconi presbiteris preferantur: neve sedeant in consessu presbiterorū:aut illis presentibus eucharistiā diuidāt:sȝ illis agentibus solum ministrent Si vero presbiter nullus sit in presenti/tunc demū etiam ipsis licere diuidere:aliter vel o agentes abiciiudent. ℂxv. De catecuminis qui plapsi sunt/statuere tribus. ānis eos a catecuminoruȝ oratiōe separatos/postea recipi debere. ℂxvi. Et ne de ciuitate inferiori ad maiorem ecclesiā transire q̇s ambiat:siue episcopus siue etiam ali⁹ clericus. Et ne quis clericus qui derelicta ecclesia sua/nulla existente causa probabili vagatur ꝛ oberrat per alias ecclesias suscipiatur in cōmunione. ℂxvii. Et vt nemo eum qui ad alium pertinet suscipiens in sua ecclesia ordinet clericum/absq̄ȝ consensu illius ad quem pertinet. ℂxviii.

Et ne quis clericus aut vsuras accipiat/aut frumenti vel vini ampliationē/quod solet in nouo datum/vel sexcupluȝ vel etiam duplum recipi: quod si faciat tanquā turpis lucri reum abiciendum. ℂxix.

Et vt paullaniste qui sūt Fotiniani rebaptizentur. Cxx. Sed z diaconisse qm̄ quidē manus īpositionē non acceperūt/etiā ipsas inter laicos esse debere. Igitur cum de his p̄rout diuinaꝝ legum ratio poposcerat decreuissent. sed z de obseruatione pasche antiquū canonē p quē nulla de reliquo varietas oriretur ecclesiis tradidissēt: oībus rite dispositis/ecclīaꝝ pax z fides ī orētis atqz occidentis partibus vna atqz eadez seruabatur.

¶ Cap. vii. de pfectione helene in ihrlm et viuifice crucis ligni atqz tituli inuētione

Er idem tempus Helena cōstātini mater/femīa incompabili fide et religione animi ac magnificentia sigulari/cuius vere Constantinus cū esset filiꝰ et crederetur: diuinis āmonita visionibus Jerosolimā petit: atqz ibi locū ī quo sacrosanctum corpus christi patibulo affixū pependerat/ab incolis perquirit. Qui idcirco ad inueniendū difficilis erat/ꝙ ab antiquis psecutoribus simulachrū in eo veneris fuerat defixuz: vt si quis christianoꝝ in loco illo christum adorare voluisset/venerem videret adorare. Et ob hoc infrequēs et pene obliuioni datus fuerat locus. Sed cum vt supra diximus religiosa femina pperasset ad locū celesti sibi inditio designatum/cuncta ex eo pphana z polluta deturbans/ī altum purgatis ruderibꝰ/tres confuso ordine reperit cruces. Sed obturdabat repti muneris leticiā vniuscuiusqz crucis indiscreta pprietas. Aderat quidē z titulus ille q̄ grecis z latinis atqz hebraicis litteris a Pilato fuerat cōscriptꝰ. Sed nec ipse satis euidenter dn̄ici pdebat signa patibuli. Hic iam humane ambiguitatis incertuz/diuinū flagitat testimoniū. Acciditin eadez vrbe primariā quandā loci illius feminā graui egritudine cōfectaz/semine cem iacere. Macharius p idez tempus ecclesie illius epūs erat. Is vbi cūctātē reginam atqz oēs pariter q̄ aderant videt/afferte huc inq̄t totas que repte sūt cruces: et que sit q̄ portauerit dn̄z nūc nobis aperiet deus. Et ingressus cum regina pariter et populis ad eam q̄ decūbebat/defixis genibus huiuscemodi ad deū precē pfudit.

Idē in histo. tripar li.ii.ca xviii. F.

¶ Cap. viii. de miraculo iherosolīs facto quo crux dn̄i ab aliis cruciaꝰ fuit euidenter distincta

Tu dn̄e qui p vnigenitum filiū tuū/salutem generi humano p passioēz crucis cōferre dignatus es/et nūc in nouissis temporibꝰ aspirasti in corde ancille tue perquirere lignū beatum in quo salus nr̄a pependit/ostende euidēter ex his tribꝰ que crux fuerit ad dn̄icaz gloriam: vel q̄ extiterint ad seruile supplicium. vt hec mulier q̄ semiuiua decūbit/statim vt eam lignū salutare contigerit/a mortis ianuis reuocet ad vitaz. Et cū hoc dixisset adhibuit primo vnam ex tribus/z nichil profecit. Adhibuit secūdam/nec sic quidē aliquid actuz est. Ut vero admouit terciam/repēte apertis oculis mulier cōsurrexit Et stabilitate virium recepta/alacrior multo ꝙ duz sana fuerat tota domo discurrere z magnificare dn̄m potenciam cepit: Sic euidenti inditio regina voti compos effecta/tēplum mirificum in eo loco in quo crucē repererat regia ambitione construxit. Clauos quibꝰ corpus dn̄i cū fuerat affixum portat ad filium. Ex quibus ille frenos composuit quibꝰ vteret ad bellum. Et ex aliis galeam nichilominus belli vsibus aptam fertur armasse. Ligni vero ipsius salutaris ptez detulit filio: partem vero thecis argenteis conditam dereliquit in loco: que etiam nunc ad memoriaz sollicita veneratione seruat. Reliquit etiā hoc indicium religiosi animi regina venerabilis. Uirgines quas ibi repperit deo sacratas inuitasse ad prandiū/et tanta eas deuotione curasse dicit: vt indignuz crederet si famulorum vteretur officiis. Sed ipsa manibus suis famule habitu succincta cibum apponeret/poculū porrigeret/aquā manibus infunderet. Et regina orbis ac mater imperii/famulaꝝ christi se famulā deputaret. Hec quidē Jerosolimis gesta.

Idē i histo trip. li.ii.c xviii. F.

Idē tāgitur ī histo trip. li.ii. cap. xviii. g.

¶ Capitulū. ix. quomō cōstantinꝰ oēs gentes barbaras vincebat ob cultū religionis.

Prerea Constantinus pietate fretus/Sarmatas/Gothos/aliasqz barbaras nationes/nisi que vel amiciciis vel deditione sui pacem preuenerant: i solo proprio armis edomuit. Et quanto magis se religiosius deo subiecerat/tanto amplius ei deus vniuersa subdebat. Ad antonium quoqz primū heremi habitatorem velut ad vnum ex pphetis litteras suppliciter mittit/vti p se ac liberis suis dn̄o supplicaret. Ita nō solum mentis suis ac religione matris/sed et intercessione sanctoꝝ cōmendabilez se deo fieri gestiebat. Sane quoniam tanti viri Antonii fecimus mentionē/de virtutibus eius atqz institutis et sobrietate mētis/vt in solitudine vitā degēs vsus solūmodo consortio fuerit bestiarum/et de demonibus crebros agens triūphos placuerit deo supra cunctos mortales/et que institutionis sue preclara vsqz i hodiernuz monachis exēpla reliquerit/volentez me aliqua exponere/ille libellus exclusit/qui ab Athanasio scriptus/etiā latino sermone editus est. Propter quod nos (omissis iis que ab aliis iam dicta sūt) ea memorabimus/que quāuis gestoꝝ contineat fides/ab iis tamen q longe positi sūt obscurior fama subtraxit.

De antonio i histo trip. li.i.c. xi.d. e.f.

¶ Cap. x. de captiuitate frumētii ⁊ edisii ⁊ de cōuersione Indoꝝ per eos facta

In ea diuisione orbis terre/que ad predicandū verbuz dei sorte p apostolos celebrata est/cū alie aliis prouincie obuenissent/Thome parthia/⁊ Matheo Ethiopia/eiqz adherēs citerior india bartholomeo dicitur sorte decreta. Inter quā parthiāqz Media/sed lōgo iterior tractu india vlterior iacet/multis variisqz līguis et gentibus habitata. Quaz velut longe remotā/nullus apostolice predicatiōis vomer impresserat. Que tamē tēporibus cōstantini tali quadā ex causa semina fidei prima suscepit. Metrodorus quidaz philosophus in spiciendoꝝ locorū ⁊ orbis perscrutandi gracia/vlteriorez dicitur Indiā penetrasse. Cuius exemplo inuitatus etiā Meropius quidam tyrius philosophus/simili ex causa adire Indiā voluit/habēs secuz duos puerulos/quos liberalibus litteris vt pote ppinquos instituebat. Quarum vnus qui erat iunior Edisius/alter Frumētius vocabatur. Igitur puilis ⁊ inoticiā captis iis quib⁹ animus pascebat/cuz philosophus redire cepisset/aque vel ceterorū necessarioꝝ causa/ad portū quēdam nauis qua vehebatur applicuit. Moris ē inibi barbaroꝝ/vt si quando fedus sibi cū Romanis turbatū vicine nunciauerīt gētes/oēs qui apud eos ex Romanis iuēti fuerint iugulētur. Inuaditur nauis philosophi/cuncti cum ipso pariter perimuntur. Pueruli reperti sub arbore meditantes/⁊ lectiones suas parantes/barbaroꝝ miseratione seruati ducuntur ad regē. Hoꝝ illē alteruz id est. Edisiū sibi pincernā fecit Frumētio vero quem quasi perspicacē deprebēderat ⁊ prudentē/rationes suas scriniaqz cōmisit. Ex quo ⁊ in honore magno apud regem habiti sunt ⁊ in amore. At vero moriēs rex/vxorem cū paruo filio regni reliquit heredem. Adolescentibus aūt qd vellēt agēdi dedit liberā facultatē. Quos tamē regina suppliciter exorat/tanq̄ que nichil haberet in toto regno fidelius/vt secum vsqzquo adolesceret filius regendi regni sollicitudinē ptirent. Et precipue Frumentium/cuius prudēcia admoderandū sufficeret regnū. Nam alius fidem puraz et sobriam mentem simpliciter exhibebat. Idqz dum agerent/et regni gubernacula Frumentius haberet in manibus/deo mētē eius et animos instigante/requirere sollicitius cepit si qui inter negociatores Romanos christiani essent: et ipsis potestatē maximam dare/ac monere: vt conuenticula per loca singula facerēt/ad que romano ritu orationis causa confluerent. Sed et ipse multomagis eadem facere. et ita ceteros cohortari: fauore et beneficiis inuitare: prestare quicquid oportunuz fuisset: loca edificiis/aliaqz necessaria preberet: et omni modo gestire/vt christianoꝝ ibi semen exurgeret. Sed cum adoleuisset regis

as puer/cui procuratione regni gerebāt/ex
plexis oībus et ex fide traditus/multū licet
retinētibus et rogantibus vt manerent re
gia vel filio/ad orbē tamen nrm denuo re
uertunt. Et Edisio festinante Tyrū parē
tes propinquosqz reuisere: Frumetius Ale-
xandriā pgit: dicens equū nō esse opus oc-
cultare dnicū. Igitur rē oēm vt gesta ē ex-
ponit. Epm admonet vt prouideat virum
aliquē/dignū/quē cōgregatis iā plurimis
christianis z ecclesiis cōstructis/i barbari-
co solo epm mittat. Tū vero Athanasius
(nam is nup sacerdotiū susceperat) attētius z
propēsius frumētii dicta gestaqz conside-
rans/in consilio sacerdotū ait. Et quē aliū
inueniemus virū talē i quo sit spūs dei in
ipso sicut in te/qui hoc ita possit iplere: Et
tradito ei sacerdotio/redire eū cuz dñi grā
vnde venerat iubet. Quiqz cū epūs prexis
set ad Indiā/tanta ei data esse adeo virtu
tum gratia dicitur: vt signa p eū apostoli-
ca fierent/z infinitus numerus barbarorū
cōuerteretur ad fidē. Ex quo in Indie ptī-
bus/z populi christianorū/z ecclie facte sūt
et sacerdotiū cepit. Que nos ita gesta nō
opinione vulgi/sed ipso Edisio tyri presbi
tero postmodū facto/qui Frumētii comes
prius fuerat referente cognouimus.

¶ Cap. xi. de cōuersiōe hiberorum p capti-
uam mulierem facta.

Ex idem tēpus etiā Hiberorū gēs
que sub axe pōtico iacet verbi dei se
mina/et fidē futuri suscepit regni. Sed hu
ius tāti doni prestitit causā mulier quedā
captiua: q apud eos repta/cū fidelē satis z
sobriā ac pudicā duceret vitam/totisqz die
bus ac noctibus obsecrationes deo puigiles
exhiberet/i āmiratiōe esse ipa rei nouitas
barbaris cepit. Et qd hoc sibi velit curiosi
us pquirebant. Illa vt res erat/simplicit
christum se deū hoc ritu colere fatebat. Ni
chil ex hoc amplius barbari/pret nouita-
tē nois mirabant. Uerū vt fieri solet/ipsa
pseuerātia curiositatē quandā mulieri cu
lis inferebat/si qd emolumēti ex tāta de-
uotione caperet. Moris apud eos esse di-
cit/vt paruulus si egrotet/circūferat a matre
p singulas domus quo scilicet si q experti
aliquid remedii nouerit conferat laborā
ti. Cūqz mulier quedā paruulū suū p oēs cir
cūtulisset ex more/nec aliquid remedii cū
ctas domus lustrando cepisset/venit etiā
ad captiuā: vt si quid sciret ostēderet. Illa
se humani quidez remedii nichil scire testat:
deum tamē suū christū quez colebat/dare
ei despatā ad hoīs salutē posse cōfirmat
Cumqz cilitio suo superposuisset paruulū
atqz ipsa desup orationē fudisset ad dñm/
sanū matri reddit infantez. Sermo defer
tur ad plures: factiqz fama magnificiusqz
ad aures regine perladit. Que dolore quo
dam grauissimo corporis afflicta/i despe
ratione maxima erat. Rogat ad se capti-
uam deduci. Illa ire abnuit: ne psumeret
amplius aliquid q sexus sineret videretur
Ipsa se regina deferri ad captiue cellulaz
iubet. Quā similit supra cilitiū suū posita
inuocato christi noīe/cōtinuo post precem
sanā z alacrē fecit exurgere: christūqz esse
deū/dei sūmi filiū/qui salutē hāc cōtulerit
docet: eūqz quē sibi auctorē sue sciret esse i
columitatis z vite cōmonet inuocādū. Ipsū
namqz esse q z regibus regna distribuat z
mortalibus vitā. At illa cū leticia domū re-
gressa/marito percōtanti causā tā subite
sanitatis aperit: quiqz cū p salute cōiugis
letus mulieri munera deferri iuberet: illa
bonū inqt o rex nichil captiua dignat. Au
rum despicit/argentū respuit/ieiunio qua
si cibo pascit: hoc solum ei muneris dabi-
mus si eum qui me illa inuocante sanauit
Christum deum colamus. Ad hec tunc rex
segnior fuit/z interim distulit/sepius licet
ab vxore commonitus: donec accidit qua
dam die venante eo i siluis cum comitibus
suis obscurari densissimis tenebris diem:
et per tetre noctis horrorem luce subducta
iter gressibus denegari. Alius alio diuersi
ex comitibus oberrāt: ipse solus densissima
obscuritate circundatus/quid ageret/quo
se uerteret nesciebat: cū repēte anxios salu
tis desperatiōe aīo z cogitatio talis ascēdit.

Si vere deus est christus ille quē vxori sue
captiua predixerat/nūc se de his tenebris
liberet/vt ipsum ex hoc omissis oībus cole
ret. Jlico vt hoc nōdū verbo/sed sola men
te deuouerat: reddita mū do dies/regē ad
vrbē perduxit incolumen. Quiqz regine rē
protinus vt gesta est pandit: euocari iam
iamqz captiuā/et colēdi ritū vt sibi tradat
exposcit: nec se vltra aliū deū ꝙ christū ve
neraturū esse ꝯfirmat. Adest captiua: edo
cet dnm christū: supplicandi ritū veneran
diqz modū/inquantū de his apire femine
fas erat pandit. Fabricari tamē ecclesiaꝫ
monet formāqz describit. Igitur rex tot⁹
gentis populo cōuocato/rē ab initio que
erga se ac reginā gesta fuerant exponit:
fidēqz edocet: et nōdū initiat⁹ ī sacris fit
sue gentis apostolus. Credunt viri per re
gem/femine per reginā. Cunctisqz idē vo
lentibus/ecclesia extruitur instanter: et ele
uato iam perniciter muroꝝ ambitu/tem
pus erat quo colūne collocari deberēt. Cū
qz erecta prima et secunda vētū fuisset ad
terciam: cōsumptis oībus machinis/et bo
um hominūqz viribus/cū media iam ī o
bliquū fuisset erecta/et pars reliqua nul
lis machinis erigeretur/repetitis secūdo et
tertio ac sepius viribus/ne loco quidē mo
ueri attritis omnibus potuit. Admiratio
erat totius populi: regis animositas defe
scebat: qd fieri deberet oēs simul latebat.
Sed cū interuētu noctis oēs abscessissēt
cunctiqz mortales ex ipsa opa cessarēt: ca
ptiua sola in oratione ꝑnoctans/mansit ī
trinsecus. Cū ecce matut in⁹ et anxius cū
suis oībus ingreditur rex: videt colūnam
quā tot machine et tot populi mouere nō
quiuerant erectaꝫ/et sup basim suā libra
te suspēsam/nec tamē suppositam/sed ꝙ
tum vnius pedis spatio in aere pendentē.
Tum vero oēs populi cōtuentes et ma
gnificantes deū/veram esse regia fidē/et
captiue religionē/presentis miraculi testi
monio ꝓhibebant. Et ecce mirantib⁹ ad
huc et stupēdib⁹ cunctis/in oculis coꝝ sen
sim sup basim suā nullo ꝯtingēte colūna
deposita sūma cū libratione cōsedit. Post

hec reliquus numerus colūnaꝝ/tanta fa
cilitate suspensus est: vt oēs que supfue
rant ipsa die locarent. Postea vero ꝙ ec
eclesia magnifice constructa est/et populi
fidem dei/maiore ardore sitiebant: capti
ue monitis ad impatorē Constantinū to
tius gētis legatio mittitur. Regea gesta
exponitur: sacerdotes mittere exorat/qui
ceptū erga se dei munus implerent. Qui
bus ille cū omni gaudio et honore trāsmis
sis/multo amplius ex hoc letatus est: ꝙ si
incognitas Romano imperio gētes et re
gna ignota vinxisset. Hec nobis ita gesta
fidelissim⁹ vir Bacurius/gētis ipsius rex
et apud nos domesticoꝝ comes: cui sūma
erat cura/et religionis et veritatis/expo
suit. cuꝫ nobiscum Palestini tunc limitia
dux im Jerosolimis satis vnanimiter de
geret. Sed ad ceptū redeamus.

Ca. xii: de cōstantia sorore cōstantini et
presbitero per eum fratri suo cōmēdato.
qui post mortē cōstantini constantio insi
nuauit vt arrū reuocaret.

Posteaꝙ religiosi pricipis mater he
lena summis romani regni hono
ribus affecta ex hac luce decessit: Constan
tia tunc Licinii derelicta/fratris Augusti
solatiis vtebatur. Huic accidit presbiterū
quendā venire in notitiam latenter parti
bus Arrii fauentē. Sed is primo nichil oī
no de his apud sororem principis aperire.
Ubi vero multa familiaritas copiam tri
buit: paulatim sermonē cepit ꝯ pgere: inui
diam dicēs Arrio generatam: et pro simul
tatibus priuatis episcopū suū rē cōtētiose
exagitauisse/emulationis stimulo cōfixū
ꝙ Arrius apud plebē satis carus haberet.
Hec atqz huiusmodi alia frequētius sug
gerens/animos constantie suos efficit.
Que cū diem obitura visitaret a fratre at
qz ab eo blande religioseqz cōpellaretur
extremā dicit ab eo grām poposcisse/vt p
sbiterū in familiaritate recipet/et que sibi
ab eo pro spe et salute suggererentur audi
ret Si quidē iam ex luce discedentē nichil
curare: pro fratris vero statu esse solicitā
ne forte pro īnocentiū penis regni sui pa

feretur excidium. Quibus ille monitis a sorore susceptis/ et fidelem pro se germane sollicitudinem credens/ accõmodauit aurem presbitero: et iterim accersiri de exilio Arrium iubet: vt quẽadmodũ de fide sentiret exponeret. Tum ille fidem conscripsit: que nõ quidem sensũ nostrũ/ tamen verba nostra continere professioneqz videretur. Miratus quidẽ est Imperator: et putauit vnam eandẽqz in ipsius et concilii dudũ gesti expositione sententiam cõtineri. Tamen in nullo relaxat animi vigorem: sed rursus eũ ad cõcilii remittit examẽ. Quoniam quidem ad dedicationẽ Jerosolumorum ex omni orbe coire sacerdotes inuitabantur/ hec ad eos de noĩe eius scribẽs/ vt si expositionẽ fidei eius probarent/ et eum vel per inuidiam vt asserebat tunc circũuẽtum dinoscerẽt: vel nũc ab errore correptũ clementi erga ipsuz iuditio vterenẽ: quãdo quidez tanta fuerit concilii moderatio/ vt non in personã eius sed in dogmatum prauitatem fuerit lata sententia: si tamen et episcopi eius Alexandri accomodarẽt assẽsus. Sed et ab iis quidez qui primo ceptis eius fauentes cum simulatione subscripserant/ facile receptus ẽ. Cum vero Alexandri iam preiisset/ ibi omne eius frustratur inceptũ. Nãquidẽ dolis apud ignorãtes locus est scientibus vero/ dolũ intẽdere nõ aliud est ꝙ risum mouere. Interea dũ hec apud Alexandriam frustra agitantur: venerabilis Augustus Constantinus in suburbana villa Nicomedie/ tricesimo et primo imperii sui anno die fũctus est: liberis de successione Romani orbis testamento heredibus scriptis. Quo in tempore (quoniam quidem Constantius cui orientis regnuz decreuerat presens non erat) dicitur secreto accersiens presbiteruz quẽ a sorore commendatũ supradiximus/ et ex inde familiariter habituz/ tradidisse ei testamẽtũ qđ scripserat: et obtestatus sub sacramẽto ne vlli nisi Constantio cũ venisset in manus traderet. Cui etiam ꝙ eunuchi qui erant ĩ palatio fauebant/ arte inditio de Imperatoris morte suppresso vsqz ad Constantii presentiam/ multis nouas tẽptantib9 opressis/ restituta integraqz mãsere. Cum vero Constãtius affuisset/ depositum presbiter restituit. Cuius beneficii gratia Imperator regni cupidus ita ei deuictus est/ vt qui imperare cunctis ambierit/ ab illo sibi imperari equanimiter pateretẽ. Ex quo deuicto sibi Imperatore/ cepit de Arrii restitutione suggerere: et nolẽtes acqescere sacerdotes/ vi cogeret persuadere. Idẽ ĩ hy. sto. trip. li. z. ca. i z. xa h.

¶ Cap. xiii. quomõ eusebius ppẽ cõstancii familiaritatẽ nitebatẽ reuocare ĩ irritũ gesta cõcilii et cogere alexãdrũ alexãdrie epm vt arriũ susciperet

Ea tempestate apud Alexandriam Alexander/ in Jerosolimis Maximus confessor/ Apud Constantinopolim eque Alexander/ vt ex Athanasii scriptio cõperimus sacerdotio fũgebãẽ. Sed Eusebius qui apud Nicomediã erat/ de cuius simulatione in subscribendo supradiximus amplam occasionẽ tẽporis nactus/ et principi p p̃sbiterũ familiaris effectus/ reuoluere omĩa atqz in irritũ reuocare cõcilii gesta molitur. Arriũ nequaꝙ̃ apud Alexãdriam cõmorãtẽ/ venire facit: et imperialibus edictis cõcilium denuo Constãtinopolim conuocari. quo conuenere illi maxime qui Arrium atqz Eusebiuz sectabantur: quiqz sepetum Alexandro congressi vt arriuz susciperet/ nec tamẽ aliquid proficientes ne ab iniuriis quidẽ eius temperabant. Ad vltimum certã ei diẽ statuentes denũtiant: vt aut ipse Arrium susciperet/ aut si renitetur/ se ecclia pulso et exiliũ truso/ ab alio eum suscipiendũ sciret. Tuz ille nocte que ad cõstitutã iterat diem/ sub altari iacẽs atqz ĩ orõne et in lachrimis totã peruigilem ducens/ ecclesie cãm dño cõmẽdabat. Cuzqz lux exorta fuisset/ nec tamẽ ab oratione Alexander cessaret: Eusebius cũ suis oĩb9 velut heretici belli signifer domũ Arrii matutinus ascendit: eũqz ꝓpere seq ad ecclesiam iubet: ꝓtestatus ꝙ Alexander nisi p̃sens acquiesceret/ expulsus cederet loco. Idẽ ĩ hy sto. trip li. z. cap. io.

¶ Cap. xiiii. de ꝓbroso interitu arrii cum ad ecclesiã ꝓficisceret vt ab alexandro epo

renuente quidē reciperetur.

Situr oiuni sūma expectatio: quo vel Alexandri perseuerātia vel Eusebii Arriiqʒ istātia declinaret. Cūqʒ cūctoruʒ animi e.seul(vt in tali re solet) ex pectatione suspensi: Arrius ad ecclesiā pergens epōꝝ et populoꝝ frequētia cōstipatus/ humane necessitatia causa ad publicū locuʒ declinat. Ubi cū sederet/ intestina ei⁹ atqʒ omnia uiscera in secessus cuniculū defluxere: ac tali in loco dignā mortē blasphemie et fetide mentis exsoluit. Quod postea ꝙ in ecclesia nūtiatuʒ est Eusebio/ atqʒ iis q̄ vna secū sāctū et innocentē virū Alexādrū de Arrio recipiendo fatigabant/ superati pudore/ z adoperti confusione discedunt. Tunc completus sermo ad gloriā dñi quē in oratione sua Alexander ad dnm̄ proclamauerat dicens: Judica dñe īter me z Eusebii minas atqʒ Arrii vim. Sed hii ad presens quidē paululū pudoris habuere. Conuenientes vero inter se heretici/ veriti ne forte ii sicut res gesta est integre ad Imperatorem Constantium peruenisset/ nō solū ad a perfidia coꝝ qua callide irretit⁹ tenebatꝰ abscederet: verū et ī auctores deceptionis sue seuerius aliquid et regia auctoritate decerneret: Componūt p eunuchos quos iaʒ in perfidia deceptos tenebant/ vt de Arrii morte Imperator ꝙ fieri posset composite et cōmuniter nosceret: ne aliquid qđ dei vindictā indicare videretur audiret. Quib⁹ ita gestis/ de causa fidei vt ceperant psequūtꝰ

Idē ī hy sto. trip. li. 3. cap. 10.

Cap. xv. quomō athanasi⁹ alexādro defuncto effectus ē epūs alexādrie. z eiusdem bonis principiis.

Situr apud alexandriaʒ defuncto Alexandro/ Athanasi⁹ susceperat sedem. Qđ vero esset idē vir acris ingenii et in ecclesiasticis negociis apprime vigilans/ satis iam tunc hereticis innotuerat/ cum ad concilium Nicenum cum epō suo sene Alexandro venerat. Cuius suggestionibus/ hereticorum doli ac fallatie vigilāter detegebantur. Statim ergo vt eū epm̄ factum cognouere/ rati id qđ res indicabat sua negotia p illius sollicitudinē nō facile processura: oibus modis q̄rere aduers⁹ euʒ machinas deceptionū parabant. Uerum non michi absqʒ ordine videtur/ pauca de huius viri origine supra repetere: et cuius a puero institutionis fuerit/ sicuti ab iis q̄ cum ipso vitā duxerant accepimus memorare. Tempore quo apud Alexandriā Petri martyris diem Alexander epūs agebat cum post expleta solēnia conuenturos ad conuiuiuʒ suum clericos expectaret: ī loco mari vicino videt eminus pueroꝝ sup orā maris ludum: imitantium (vt fieri solet) episcopum: atqʒ ea q̄ in ecclesiis geri mos est. Sed cū intentius diutino pueros inspectaret. videt ab his geri quedaʒ etiaʒ secretiora et mistica: perturbatus ilico vocari ad se clericos iubet: atqʒ eis quid eminus ipe videret ostendit. Tūc abire eos z cōphēsos ad se perducere oēs pueros imperat. Cūqʒ adessent/ quis eis ludus z quid egissent vel quomodo percōtatur. Illi vt talis habet etas pauidi negare primo: deinde rē gestā per ordinē pādūt. Et baptizatos a se esse quosdā catecuminos confitētur/ per athanasium qui ludi illius puerilis episcop⁹ fuerat simulat⁹. Tū ille diligēter inquirēs ab iis qui baptizati dicebantꝰ/ quid īterrogati fuerint/ quid ve respondeerit/ simul z ab eo qui interrogauerat: Ubi videt secūdum religionis nostre ritū cuncta constare collocutus cū consilio clericoꝝ statuisse traditur/ illis quibus integris īterrogationibus et respōsionibus aqua fuerat īfusa: iterari baptisma nō debere: sed adimpleri ea que a sacerdotib⁹ mos est. Athanasiūꝰ vero atqʒ eos quos ludus ille vel presbiteros habere visus fuerat vel ministros/ cōuocatis parētibus sub dei obtestatiōe tradit ecclesie sue nutriēdos. Paruo autē tēpore exacto/ cū a notario ītegre z grāmatico sufficienter athanasius fuisset īstruct⁹: cōtinuo tanꝙ fidele dñi cōmēdatum parētibus restituitur sacerdoti: ac velut Samuel quidā in tēplo dñi nutritꝰ: z ab eo pergēte ad patres in senectute bona/ ad portendum post se Efod sacerdotale deligitꝰ. Sed huius tāti in ecclesia pro fidei ītegri

i.q.i.e spiri tuā lāctus. Ceci.

tate agones fuerũt:vt etiam de hoc videa
tur dictũ esse illud ꝙ scriptũ est Ego enim
ostẽdam ei quãta oporteat eũ pati pro no
mine meo. Jn huius eteñ psecutiones vni
uersus ꝯiurauit orbis. Et cõmoti sunt pri
cipes terre/gentes/regna/exercitus coiert
aduersus eũ. Jlle autẽ diuinũ illud confer
tabat eloquiũ dicens: Si cõsistant aduer
sum me castra/nõ timebit cor meũ: si exur
gat in me ꝑliũ/in hoc ego spabo. Uerũ qm
tãta ac talia ei9 gesta sunt/vt magnitudo
qdẽ rez nichil nie ꝑterire patiaṫ/multitu
do vero gestoꝝ ꝗplurima cogat omittẽ: i
certo estuat animus/duz deliberare nõ va
let quid teneat quid omittat. Et ideo pau
ca nos q̃ ad rẽ ptinẽt memorabim9 Reliq
ei9 fama narrabit: Sine dubio mĩora vero
nũtiaṫa: nõ nichil qd addẽ possit iueniet.

Ca. xvi. de morte cõstantini fratris con
stacii et de ipsius cõstancii errore et de cõ
silio hereticoꝝ contra athanasiũ congre
gato iussu constancii.

Situr vbi Cõstantius oriẽtis sol9
obtinuit regnũ: Constãtino fratre
nõ longe ab Aquileia apud alsam fluuiũ
a militibus interfecto/constans vtriusqz
germanus/occidentẽ satis ĩdustrie guber
nabat. Nam constantius natura ⁊ aio re
gio/dum primis illis regni sui fautoribus
satis indulget/per eunuchos arte in perfi
diã decipitur a peruersis sacerdotibus: et
intento satis studio/prauis eoꝝ contẽtio
nibus obsecũdat. Sed illi verẽtes ne forte
adeũdi regis copia quandoqz fieret atha
nasio/⁊ per eũ de veritate fidei quã peruer
tebant secundũ scripturas edoceretur: oĩ
modis insimulare eũ apud principẽ/et ve
lut oĩm scelerũ ac flagitioꝝ aggrediuntur
exponere: vsquequo hũani corporis brachi
um loculo delatũ imperatori ostendunt.
Quod ab Athanasio excisum magice ar
tis gratia/de arsenii cuiusdã corpore cõfir
mabant. Sed ⁊ alia ꝗplurima criminosa
simul et flagitiosa cõponũt. Quib9 ex cau
sis impsto. iubet cõuocato consilio atha
nasiũ condẽnari. Jdqz apud Tyrũ misso
e latere suo vno ex comitib9/Annitẽte quo
qz Archelao tũc comite oriẽtis/nec nõ ⁊ eo
qui Fenicẽ prouĩciã gubernabat congrega
ri iubet. Eo deducitur athanasius: locul9
cũ hũano brachio circũferṫ: iudicũ hoꝝ
nõ solũ religiosas/sed ⁊ viles aĩos puadit

Ca. xvii. quomodo pafnucius noluit p
mittere vt maximi9 ierosolimoꝝ epus cũ
illis hereticis sederet propter dolos et cau
tellas que cõtra arriũ adducebanṫ ⁊ ibidẽ
detrect9 est dol9 de brachio exciso arsenii.

Je Arsenius cuius brachiũ dicebaṫ A
excisũ/lector aliqñ Athanasii fue
rat: et ob culpã correptionẽ verit9/frequẽ
tie sese subtraxerat. Cuius latebras opor
tunas sibi ad huiuscemodi cõmẽtum fla
gitiosi hoĩes rati/initio cõpositi criminis
occultatũ eũ apd quẽdã quẽ fidissimũ sce
leribus suis crediderant retinebant. Per
uenit tamẽ adhũc in latebris positũ quid
suo noĩe criminis intẽtaretur athanasio.
Et siue eũ ipsa hũanitatis contẽplatio/si
ue diuina perculit ꝓuidẽtia/clam per no
ctis silẽtiũ euadens claustris enauigauit
tyrũ. Et pridie ꝙ cause dicẽde adesset vlti
mus dies/Athanasio sese Arsenius obtu
lit: vtqz se rerũ gestaꝝ series haberet edo
cuit. Jlle domi esse hoiem nec innotescere
cuiꝗ de eius presentia iubet. Jnterea cõsi
liũ cogitur: in quo aliquanti cõcinate calũ
nie cõnsciĩ/omnes pene infenso animo ad
uersuz Athanasiũ preiudicatoqz cõuenĩũt De
Per idẽ tempus Pafnutius confessor de hoc
quo supra memorauim9 aderat/Athana paf
sii ĩnocentie conscius: Js cũ vidisset Mari nut
mũ ierosolimoꝝ epm/qui vna secum effo hẽs
so oculo ⁊ poplite succiso cõfessor extiterat .š e
verum pro nimia simplicitate nichil de sa li.ca
cerdotũ scelere suspicantẽ/consedisse cum iiii.
ceteris quos factionis macula sotiauerat
mediũ concessum adire non veritus/te in
quit o maxime cũ quo michi vnũ atqz idẽ
confessiõis insigne est/cum quo michi pa
riter mortale lumẽ effosũ clariorẽ diuini
luminis cõciliauit aspectũ: Te inquaz nõ
patiar sedere in consilio malignãtiũ/et cũ
iniqua gerẽtibus ĩtroire. Jniectaqz manu
eleuans eũ de medio coꝝ/ac de singulis i

struens/perpetua de hic Athanasio cōmu
nione sociauit. Sed interim causa dicitur
Prima introducit accusatio mulieris cu/
iusdam/que se diceret aliquando hospitio
Athanasium recepisse:et ab eo noctu ni/
chil suspicantē vim corruptionis esse ppes/
sam:introduci adhoc iubetur athanasius
Ingredit cū Timotheo p̄sbitero suo eūqz
monet/vt posteaꝙ mulier dicēdi finem fe
cisset/se tacēte ipe ad ea que dixerat respō
deret. Cūqz mulier ea q̄ docta fuerat per/
orasset. Thimotheus cōuersus ad eā/ Ue
re inquit mulier ego mansi apō te aliquā/
do:aut vim tibi vt asseris feci? Tūc illa vt
mulierū se talium procacitas habet obiur
gans Thimoteū/tu tu inq̄t michi vim fe/
cisti:tu in illo loco cōmaculasti castitatez
meā. Simul et cōuersa ad iudices obtesta
ri fidem dei cepit:verū a se dicere. Tunc oms
ridiculosus pudor habere cepit:ꝙ taz faci/
le tacente eo/factio compositi criminis pa
tuisset. Nec tamē permissi sūt iudices ha/
bere de muliere q̄stionē vnd̄ decpl̄ꝰ p quos
aut quomodo fuisset aptata calūnia qm̄
iudicandi libertas penes accusatores erat

B ¶ Hinc transitur ad aliud crimē. Profer
tur facinus seculis inauditū Ecce inquiūt
vbi nemo possit verborū prestigiis decipe
re:oculis res agitur. Uel his cessantibus/
brachium hoc te aiūt athanasi accusat ex
cisum. Hec est Arsenii dextera:quā tu quo
modo vel ad quosvsus excideris indicato
Tū ille. Quis em̄ inquit vesterū Arseniū
nouerit/vt hanc ipsius dexterā esse cogno
scatis? Exsurrexerūt aliquanti q̄ se dicerēt
optime scire Arseniū. In quibus nonnulli
erant absqz conscientia factionis. Orat de
hinc a iudicibus Athanasius/vt hominez
suū quē negociū deposceret iubeant intro/
duci. Cumqz introductus esset Arseniꝰ/ele/
uato eius vultu Athanasius cōcilio ꝛ iudi
cibus ait. Hic est Arsenius ꝛ alleuans eius
nichilominus dexterā/hec est inquit etiaz
dextera eius:hec est ꝛ sinistra. Hec aūt quā
isti offerunt manus vnde sit vos requirite.
Tunc velut nox quedā et tenebre accusato
rum oculis infuse/quid agerent/quo se ver
terent nesciebant. Ipsū et em̄ Arsenium te
stes qui paulo ante scire se dixerāt cōfirma
bant. Uerū quia nō iudicandi/sed oppri/
mendi hois causa conciliū gerebatur fra/
gor oim repente attollitur/magum esse
Athanasiū/et decipere intuentiū occulos
acclamatur: nec debere vllo mō vltra talez
hoiem viuere. Factoqz impetu suis eū di/
scerpere manibus parant. Sed archelaus
qui cū ceteris ex p̄cepto imperatoris cōcilio
presidebat/ereptum eum de discerpētiū ma
nibus p occultos exitꝰ eduxit:ac fuge qua
solum posset/salutez monuit cōmendare.
Conciliū tamē rursū cōueniēs/tanꝙ si ni
chil oino deprehēsū fuisset:vt cōfessū de i/
tētatis criminibꝰ Athanasiuz condēnat. Et
gesta in hunc modum ficta per orbē terre
mittentes/ad sceleris sui consensuz impe/
ratore cogente ceteros epōs pepulerunt.

¶ Capitulū xviii. de fuga ꝛ latebris atha
nasii q̄ sex annis latuit i lacu cisterni.

Jn ciaz toto orbe profugus agitur
Athanasius. nec vllus ei tutus ad
latendum supererat locus. Tribuni/ppo
siti/comites/exercitus quoqz ad iuestigā
dum eum mouētur:edictis imperialibus
Premia delatoribꝰ proponunt:si q̄s viuū
maxime sin minus/caput certe Athanasii
detulisset: Ita totis regni viribus frustra
aduersus euz cui deus aderat certabatur.
Interea sex cōtinuis annis ita latuisse fer
tur in lacu cisterne nō habētis aquam/vt
solem nunꝙ viderit. Sed cuz per ancillā
(que sola conscia dominorū officiis qui ei
latebras prebuerant videbatur) indicatus
fuisset tanꝙ dei spū āmonitus/ipsa nocte
qua ad eum cōprehendendum cum iudici
bus veniebatur/post annos sex migrauit
ad alium locum. Ita illi qui venerant fru
stratis/hūis quoqz in fugā versis de ancil
la vt falsa indice penas sumūt

¶ Capitulū. xix. quomō constans pro atha
nasio qui ad eum fugerat constancio scrip
serit eiqz ecclesie reddi iussit a qua statim
ipse athanasius fugat̄ cōstācius aūt post
ea venit ad ptes occidētales volūtqz coge
re episcopos cōsentire heresi arrii.

Idē ti... hysto... trip. li... p. cap... iiii. si...

Erum ne graues alicui latebre sue fierēt et occasio calūnie inocētib⁹ q̄reretur/nichil sibi vltra iā tutū in Cōstātii regno presumens/ad Cōstātis partes p̄fugus abscedit. A quo satis honorifice religioseq; susceptus ē: quiq; causa ei⁹ quare fama ꝓpererat diligētius cognita/scribit ad fratrē pro certo se comperisse/ꝙ sacerdos dei sūmi Athanasius iniuste fugas et exilia pateretur. Hunc itaq; recte faceret/si absq; vlla molestia loco suo restitueret: si id nollet: sibi cure futurū/vt ipse id adimpleret/regni eius intima penetrans/et penas dignissimas de auctoribus sceleris sumens. Quibus scriptis perterritus Constantius/ꝙ posse facere ea que minitabat conscius erat fratrē/simulata benignitate vltro venire ad se Athanasiū iubet: et leui increpatione pstrictuz ad ecclesiaz suaz permictit ire securū. Admonit⁹ tamē Imperator ab impiis consiliariis, nō est inq̄t magnū Athanasi qd̄ epi poscunt de te: vt vnam ex multis que sunt apud Alexādriā ecclesiis/concedas populis eoꝝ/qui tibi cōmunicare nolunt. Tunc ille deo sibi suggerente/paratū in tempore consiliuz reperit. Et quid est inquit Imperator qd̄ poscenti tibi liceat denegari/qui potestatem habes omnium iubendi: Sed vnū est qd̄ oro/vt meā quoq; peticiunculā libenter admittas. Cumq; se oīa que vollet quāuis essent difficilia promiteret prestaturū/si hoc vnū cederet libens Athanasius. Hoc est inquit qd̄ rogo/vt quia etiā hic (nam apud Anthiochiam res agebatur) sunt nostri populi q̄ istis communicare nolunt/vnam eis tenere concedas ecclesiam. Equissimū sibi videri et valde prestandū/letus spopōdit Imperator. Sed cū rem detulisset ad eos quorū consiliis vtebatur/neq; ibi se velle accipere ecclesiaz/neq; hic dare respondēt: qa plus sibi singuli quiq; ꝙ absentibus cōsulebāt Ita imperator āmiratus eius prudētiam properare ocius ad suscipiēdā suā ecclesiā iubet. ¶ Sed cum magnentii scelere/Imperator Constans regno simul et vita fuisset exēptus/rursum in Athanasiū veteres illi incentores/principis odia resuscitare ceperunt. Fugatoq; de ecclesia/in locū ei⁹ Georgium quēdā perfidie et imanitatis sue socium mittunt. Nam prius quendaz Gregorium miserant. Rursū fuga/rursū latebre/et edicta aduersum Athanasiū principis p omnem locum ponūtur/premia et honores delatoribus pollicētia. Ipse quoq; cum ob vīdictā necis fraterne regnūq; recuperandum ad occidentis partes venisset/et extincto tyranno regni solus arce potiretur/fatigare occidentales epōs et p deceptionē ad consensū Arriane hereseos cogere aggreditur. Athanasii prius cōdēnatione premissa/et velut obicis validissimi obiectione sublata.

Idē i hysto trip. li. x. c. 30

B

¶ Cap. xx. de cōcilio apud mediolanū dito et exiliis eusebii et multoꝝ alioꝝ.

B hoc apud Mediolanum epōꝝ concilium cōuocatur. plures decepti. Dionisius vero/Eusebius/Paulinus/Rodanius/et lucifer/dolum esse i negotio proclamantes/asserentesq; ꝙ suscriptio i Athanasium/non aliam ob causam ꝙ destruende fidei moliretur/in exiliū trusi sūt. His etiam Hilarius iungitur: ceteris vel ignorantibus vel nō credentibus fraudez.

Idē i hysto. trip. li. v. cap. xv. b

¶ Cap. xxi. de consilio ariminēsi in quo sacerdotes occidentales ab orientalib⁹ decepti fuere. et ablatiōe homonosion a simbolo

Ed tali ꝯsilio gestum fuisse negotium rei exitus docuit. illis nanq; de medio sublatis/cōtinuo Sinodus apud Ariminum cōgregatur. Ibi secundum ea que oriētales apud Seleuciam composuerant callidi homines et versuti/simplices et imperitos occidentalium sacerdotes facile circumueniunt. hoc modo ꝓponēdo eis: quem magis colere et adorare vellent Homousion an christum: illisq; virtutez verbi quid Homousiō significaret ignorātibus/velut in fastidium quoddam et execrationem sermo deductus ē/christo se credere nō Homousion confirmantib⁹. Sic multorum pretōr paucos (qui scientes pro

hec tā gunt i hysto. trip. li. v. ca. 34. et se quēti et li. h. ca. ii.

hoc tan gūt i hy sto. trip li. v cap xvi. c.

lapsi sũt) animi decepti/contra ea que pa
tres apud Niceam conscripserãt venientes
Homousion quasi ignotuz et a scripturis
alienum sermonẽ/auferri de fidei expositione
decernunt. Cõmunionẽq3 suã here
ticorum societate cõmaculant. Ea tempe
state facies ecclesie feda z admodũ turpis
erat. Non eni sicut prius ab externis/sed a
proprio vastabatur. Fugabat alius/alius
fugabatur. Et vtrq3 de ecclesia erat. Ara
nusquã/nec imolatio/nec libamina. Pre
uaricatio tamẽ et laps⁹ erat ac ruina mul
torum. Similis pena/sed impar victoria.
Similiter cruciabantur/sed nõ similr̃ glo
riabantur: quia dolebat ecclesia etiam illi⁹
casum/qui impellebat ad lapsum.

¶ Cap. xxii. de exilio liberii vrbis rome epi

Bitur Liberius/qui post Julium
marci (quem silvester precesserat)
successorẽ/in vrbe Roma per idem tẽpus
sacerdotio fungebatur in exiliuz truditur.
Inq3 eius locum Felix diacon⁹ suus ab he
reticis subrogatur. Et nõ tam secte diuer-
sitate/ꝙ cõmunionis et ordinationis cõue
nientia maculatur.

¶ Ca. xxiii. quomodo ierosolimoꝝ et alex
andrie episcopus se habebant in ministrã
do.

Erosolimis vero cyrillus post ma
ximinũ sacerdotio confusa iam or
dinatione suscepto/aliquando in fide/se
pius in cõmunione variabat: apud Alexã
driam vero Georgius satis proaciter vi ra
ptum episcopatum gerebat: ita vt magis
sibi iuris dicendi creditos fasces/ꝙ sacer-
dotium ministrãdũ religiosis officiis esti
maret.

¶ Ca. xxiiii. de meletio qui ab hereticis epi
scopus antiochie ordinat z ab eis post ea i
exiliũ truditur.

Pud Anthiochiã sane diuersis tẽ-
poribus multa et admodum cõfu-
se gesta sunt. Nam defuncto Eudoxio/cũ
multi diuersarũ vrbium episcopi ad illam
sedem sũma ambitione niterẽtur: ad vlti
mum Meletium de sebastia Armenie ci-
uitate/contra decreta cõcilii illuc transfe-
runt. Qui tamen ab ipsis rursum in exili-
um truditur: ꝙ contra opinionẽ ipsorum/
non Arrii/sed nostram fidem cepit in eccle
sia predicare. Quem magna plebs ecclia
depulsum secuta/ab hereticorũ societate di
uellitur.

¶ Ca. xxv. de scismate arrianorũ quod in
partes diuisum est et quidam eorum eu-
nomiani alii macedoniani/alii vero arri
ani dicebantur.

Nterea vt aliquando etiam in se-
metipsam prediues malicia deser-
uiret/sacerdotes et populi qui Arrio duce
primitus fuerant ab ecclia diuulsi/i tres
denuo sectas partesq3 finduntur. Nam illi
quos paulo superius dixeramus non acq
escentes Eusebii ceteroruq3 simulatiõib⁹
cum Arrio exilium pertulisse/post moduz
nec ipsi Arrio regresso de exilio cõmunica-
re voluerunt: eo ꝙ simulata cõfessione cõ
municassẽt iis qui de ipsa substãtia dei pa-
tris filium confiterentur: quia ipsi ea que
primo docuerat Arrius/ex nullis extanti-
bus creatũ z factum non natuz filiũ satis
libera seu potius impudenti blaphemia
confirmabãt. Quod et post illoꝝ obitum
Accius quidã/post actium validius et lati
us asserabat Eunomius/vir corpore z ani
mo leprosus: et interius exteriusq3 morbo
regio corruptus: arte tamẽ dialetica prepo
tens/plurima cõtra fidẽ nostrã scripsit/z
disputãdi leges sectatorib⁹ suis ẽdit. A quo
etiam nũc Eunomiana heresis appellat.
Alius quoq3 Macedonius nomie/quem
nostris expulsis/imo potius necatis/apõ
Constãtinopolim statuerunt episcopũ: qz
similem patri filiũ fatebatur/licet spiritũ
sanctum eque vt illi blasphemaret/tamẽ
ab illis expellitur: quia similiter de patre
etiam de filio predicaret. Neq3 vero nr̃is
cõiungitur/a quib⁹ de spiritusancto diuer
sa sentiret. Ita pestifera illa bestia/que p
arrium primũ quasi de infernis extulerat
caput/subito triformis apparuit. Per Eu
nomianos qui dicũt per omia dissimilẽ fi-
lium patri: qz nullo genere possit esse simi
lis factura factori. Per arrianos ꝗ dicũt

similē quidem posse dici filium patri/sed largitate gratie non proprietate nature: i quantum scilicet potest creatori creatura conferri. Per Macedonianos qui dicunt similem quidem filiū per omia patri/sanctum vero spiritum cum patre et filio nichil habere cōmune. Hec quidem inter illos ita gesta sunt. Sed sicut de talibus scriptum est/discissi sunt et non sunt compuncti. Plurimi sane eorum qui videbantur attentiorem vitam gerere/et monasteria permulta apud Constantinapolim vicinasq; puincias. et episcopi nobiles macedonii magis errorē secuti sunt.

Cap.xxvi. de morte constancii et ortu iuliani

Sed Constantius imperator/dum Juliano quem Cesarez apud Gallias reliquerat/dignationem sibi augusti sponte presumenti/armis ire obviam parat. xxiii. post occasum patris imperii sui anno in oppido Cilicie Moposcrenis diefunctus est.

Cap.xxvii. de epis iussu iuliani ab exilio revocatis et de ordinatione paulini epi in antbiochia.

Post quem Julianus presūptū prius deinde vt legitimum solus obtinet principatū. Is primo velut arguēs perpera gesta Cōstantii/episcopos iubet de exiliis relaxari. Post vero adversuz nostros tota nocendi arte cōsurgit. Interiz q̄ supfuerāt episcopi de exiliis relaxantur. Nā Liberius vrbis Rome episcopus/Cōstantio viuēte regressus est. Sed hoc vtrū q̄ acquieuerit voluntati sue ad subscribendū/an ad populi Romani gratiā a quo proficiscēs fuerat exoratus indulserit/pro certo compturz non habeo. Lucifer autē cum exoraret ab Eusebio (quia vterq; in partibus vicinis egypto fuerat relegatus) vt ad videndum Athanasium Alexandriā pergerent/ communiq; tractatu cum [illegible] qui superfuerant sacerdotibus de statu ecclesie decernerent: presentiam sui abnegans/legatū p se diaconū suuz mittit: atq; ipse intento animo Antbiochiam pergit/Ibiq; dissidentibus adhuc partibus/sed in vnum tamen revocari posse sperantibus si ibi talis eligeret episcopus erga quē nō vna plebs sed vtraq; gauderet Preproper⁹ catholicū quidez et sanctum virum/ac per omnia dignum sacerdotio paulinum episcopū collocavit sed tamē in quē acquiescere plebs vtraq; non posset.

Cap.xxviii. de cōcilio apud alexādriam sanctoꝝ epōꝝ an de cetero hii ordinādi essent epi qui fuerāt maculati cōtagiōe communionis heretice vel non.

Pergit interea Eusebius alexandriam: ibiq; confessorū cōsilio congregato/pauci numero/sed fide integri et meritis multi/quo pacto post hereticorum procellas ⁊ perfidie turbines/trāquillitas revocaretur ecclesie omī cura et liberatione discutiūt. Aliis videbat fidei calore feruētibus/nullū debere vltra/in sacerdotiū recipi/qui sevt cunq; heretice cōmunionis contagione maculasset. Sed qui imitantes apostolū querebant nō quod sibi vtile esset/sed quod pluribus expediret: vel qui imitarentur christum (qui cum esset omniū vita/pro salute cūctorū humiliās se descēdit in mortem/quo scilicet inveniretur in mortuis vita) dicebāt: melius esse humiliari paululū ppter deiectos/et inclinari ppter elisos: vt eos rurs⁹ erigerēt: nec sibimet solis/puritatis merito celorū regna defenderent: sed esse gloriosius/si cū pluribus illuc mererētur intrare. Et ideo rectū sibi videri/vt tantum perfidie auctoribus amputatis/reliquis sacerdotibus daretur optio/si forte velint abiurato errore perfidie/ad fidez patrū statutaq; puerti: nec negare aditum redeūtibus: quin potius de eoꝝ cōuersione gaudere: quia ⁊ ille evāgelicus iunior filius paterne depopulator substantie/in semetipsuz reuersus/nō solū suscipi meruit: sed et dignus paternis cōplexibus deputatur: et annullum fidei recipit/et stola circundatur: per quā quid aliud q̄ sacerdotii declarant insignia: Nec pbabilis extitit

apud patrē senior filius ꝙ inuidit recepto nec tantū meriti habuit non delinquēdo/ quantū note cōtraxit nō indulgendo germano.

¶ Capitulū .xxix. quomō i illo ↄcilio sctōꝝ episcopoꝝ tractata fuit materia d̄ spū sctō de differentia inter substantiā ⁊ subsisten tiā et de natura a chr̄sto assumpta.

Um igitur huiuscemodi sentēcias ex euangelica auctoritate prolatas ordo ille sacerdotalis ⁊ apostolicus approbasset/ ex cōcilii decreto/ Asterio ceterisqꝫ qui cum ipso erant orientis iniungit̄ procuratio occidentis vero Eusebio decernit̄. Additur sane in illo concilii decreto/ etiaꝫ de spū sancto plenior disputatio: vt eiusdē

Spiritus sanctus

substancie ac deitatis cuius pater ⁊ filius etiam spiritussanctus crederet̄: nec quicꝙ̄ prorsus in trinitate aut creatū aut inferi⁹ posterius ve diceret̄. Sed ⁊ de differentia substācia⁊ ⁊ subsistētia⁊ sermo eis ꝑ scripturā mot⁹ ē. Quod greci vocat

substantia subsistentia.

Quidam etenim dicebant substanciam ⁊ subsistenciam vnum videri. Et quia tres substancias non dicimus in deo/ nec tres subsistēcias dicere debem⁹. Alii vero q̄b⁹ lō ge aliud substācia ꝙ̄ subsistēcia significare videbat̄/ dicebāt/ q substācia ipsa rei alicu ius naturā rationēqꝫ qua cōstat designet. Subsistencia autem vniuscuiusqꝫ ꝑsone hoc ipsum ꝙ extat et subsistit ostendat. Ideoqꝫ propter Sabellii heresiꝫ/ tres esse subsistencias confitēdas: quod quasi tres subsistentes personas significare videret̄: ne suspitionem daremus/ tanꝙ̄ illius fidei sectatores qui trinitatē in noībus tantum et nō in rebus ac subsistentiis confitetur. Sed et de incarnatione dn̄i cōprehensum est: quia corpus quod susceperat dn̄s/ neqꝫ sine sensu neqꝫ sine aīa suscepisset. Quibus omnibus caute moderateqꝫ cōpositis/ vnusquisqꝫ itinere suo cum pace perrexit.

¶ Capitulū .xxx. de scismate luciferianoꝝ: ac eusebio et hylario qui oēs ecclesias occidētales ad rectā fidē reuocabāt.

Ed Eusebius cum redisset Anthiochiam/ et inuenisset ibi a Lucifero cōtra pollicitationē ordinatū episcopum/ pudore simul ⁊ indignatione cōpulsus abscessit/ neutre parti cōmunionem suam relaxans: quia digrediens inde promiserat se acturum in concilio/ vt is eis ordinaret̄ episcop⁹ a quo pars neutra desisceret. Ille nāqꝫ populus qui melecium dudū de ecclesia pulsum quasi pro fide recta fuerat secutus/ non se iūxerat ad priores catholicos: id est qui cū Eustachio epō fuerāt/ ex quibus etiaꝫ Paulinus erat: sed suū principatum suumqꝫ cōuenticulū tenuit. Hos ergo cum in vnū reuocare voluisset Eusebius/ nec tamē preuent⁹ a Lucifero potuisset/ abscessit. Tūc regressus Meletius de exilio/ quia cū eo numerosior popul⁹ erat/ ecclesiam tenuit: et ex eo iam ꝓpriam sinodum cū ceteris orientalibus episcopis habuit: nec tamē Athanasio iunctus ē. Interim Lucifer iniuriam dolens ꝙ episcopuꝫ a se ordinatū apud anthiochiam nō recepisset Eusebius/ nec ipse recipere cogitat Alexandrini decreta concilii: sed constringebatur legati sui vinculo qui in concilio ipsi⁹ auctoritate subscripserat. Abicere nāqꝫ eū non poterat/ quia auctoritatē eius tenebat. Si vero recepisset/ om̄e suū frustrādū videbat inceptū. Diu ergo de hoc multumqꝫ deliberans/ cum ex vtraqꝫ parte cō cluderet̄: eligit vt legato suo recepto/ erga ceteros sētentiā disparem/ sed sibi placitā custodiret. Ita regressus ad Sardinie partes/ siue qꝛ cita morte p̄uētus/ tempus sen tentie mutāde nō habuit (Etenim temere cepta/ corrigi spatio solent) siue hoc animo inmobiliter sederat/ parum firmauerī. Ex ipso interim Luciferianoꝝ scisma qđ licet per paucos adhuc voluitur sūpsit exordium. Eusebius vero circuiens oriētē atqꝫ Italiam/ medici pariter ⁊ sacerdotis fungebatur officio. Singulas quasqꝫ ecclesias abiurata infidelitate/ ad sanitatem recte fidei reuocabat. Maxime ꝙ Hilarium (queꝫ dudū cum ceteris episcopis in exiliū trusum esse memorauimus) regressū iam

Idē in hysto. trip. li. vi. ca. xxiii.

et i Italia positum/hec eadem erga istau
randas ecclesias fidem qꝫ patrū repandaꝫ
reperit molientem.

¶Cap̄.xxxi.de natura ꝛ morib⁹ beati hyla
rii pariterqꝫ eius scriptis quibus hereticoꝝ
versutias refellit.

Isi quod Hylari⁹ vir natura lenis
et placidus simulqꝫ eruditus/et ad
persuadendum cōmodissimus/rem diligē
tius ꝛ aptius ꝓcurabat. Qui etiam libros
de fide nobiliter scriptos edidit: quibus et
hereticorum versutias/ꝛ nostroꝝ deceptio
nes/et male credulam simplicitatē ita dili
gentius exposuit: vt et p̄sentes et longe po
sitos/quibus ipse p se disserere viua voce
non poterat/pfectissima instructione cor
rigeret. Ita isti duo viri velut magnifica
quedam mūdi lumina/Illiricum Italiā
galliasqꝫ suo splendore radiarūt vt oīnes
etiam de absconditis angulis ꝛ abstrusis
hereticoꝝ tenebre fugarentur.

¶Cap̄.xxxii.quomō Julianus incepit cal
lide multū christianos persequi.

Ista et i histo. trip. li. 6. cap. 1. et 14.

Ed iulianus postq̄ ad orientē per
sas bello pulsaturus aduenit/ꝛ pu
blica(quaꝫ pri⁹ occultauerat)erga idoloꝝ
cultuꝫ ferri cepit insania/callidior ceteris
psecutor/nō vi neqꝫ tormētis/sed premiis
honoribus/blāditus/persuasionibus/ma
iorem pene populi partē q̄ si atrociter pul
sasset elisit. Studia auctorū gentiliū chri
stianos adire prohibēs: ludos litterarū il
lis solis q̄ deos deasqꝫ venerant patere de
cernit. Milicie cingulum nō dari nisi ymo
lantibus iubet. Procurationē prouincia
rum iurisqꝫ dicēdi christianis statuit non
debere committi: vt pote quibus etiam lex
propria gladio vti vetuisset et proficiebat
quottidie i huiuscemōi legib⁹ exquirēdis:
quibus si quid versutū vł callidū/tamē qd̄
minus videretur crudele decerneret.

¶Cap.xxxiii quomō incepit iulian⁹ pse
qui athanasiū monitōe quorūdā aruspicū.

Ed nō erga Athanasiū ficte philo
sophie tenere imaginem potuit.
Etenī cū velut tetri serpentes de cauernis
terre ebulientes ad eum processissent ma
gorum philosophoꝝ aruspicuꝫ auguriūqꝫ
manus prophana/oīs pariter allegant
nichil suis actib⁹ successuꝝ/nisi prius atha
nasiuꝫ velut hoꝝ oīm ostaculū sustulisset.

¶Capitulūꝫ.xxxiiii.de fuga athanasii ab
alexandria p niluꝫ ꝛ de reditu ei⁹ ad alexan
driam in qua latitauit vsqꝫ quo persecu
tio cessaret.

Terum mittitur exercitus/iteruꝫ
duces/iterum oppugnatur ecclia.
Cūqꝫ cum mesti ac flentes populi ei cir Idē i histo trip. ca. 26
starent/prophetico apud eos vsus sermo
ne perhibetur. Nolite inqt o filii cōturbari
quia nubecula est et cito pertransit. Cūqꝫ
discessisset/et naui p Niluꝫ fluuiū iter age
ret/comes qui ad hoc ipsuꝫ missus fuerat
cognito eius itinere instanter euꝫ insequi
cepit Et cum forte applicuisset Athanasii
nauicula ad quēdam locū/comperit a pre
tereūtibus post tergum esse psecutorē suū
et iam iamqꝫ nisi prospiceret iminere. Cō
territi oēs qui simul aderāt socii/heremū
suadebant ad fuge presidium petendam
Tum ille nolite inquit o filii deterreri ea
mus magis in occursum psecutori nostro:
vt sciat quia longe maior est qui nos defē
dit q̄ qui psequitur. Et cōuersa nauicula/
iter agere obuius ei qui se insectabat ag
gressus est. Ille qui nullo genere suspicari
posset in occursum sibi venire quem quere
ret/tanq̄ pretereūtes aliquos interrogari
iubet/vbi audissēt esse athanasium. Cūqꝫ
respondissent se vidisse eum nō longe eū
tem/tota celeritate pertransiens properat
inuanū festinans capere quē ante oculos
positum videre nō potuit. Ille vero diuir
tute monit⁹/Alexandriā redditꝰ ibiqꝫ tuto
latebras vsqꝫ quo persecutio cessaret exegit

¶Cap̄.xxxv.quomō Julianus p̄cepit chri
stianis auferre sepulchrū babile. mr̄tyris
exn̄s in suburbano antiochie ꝛ quomō ga
lileos .i. christianos incepit affligere.

Edit ꝛ aliud iulianus vecordie sue
ac leuitatis inditium. Nam cū baf
Idē nis in suburbano Antiochie iuxta fontem
i hy/ Castalium litaret Apollini/ꝛ nulla ex iis
sto. que querebat respōsa susciperet/causasq;
trip. silencii percontaretᵘ a sacerdotibus demo/
li.vi. nis aiunt Babile martyris sepulchrū pro
cap. pe assistere/ꝛ ideo responsa nō reddi. Tūc
xxxi. ille galileos venire (hoc enī noīe nostros
appellare solitᵘ erat) et auferre sepulchrū
martyris iubet. Igitur ecclīa vniuersa cō/
ueniēs/matres ꝛ viri iuuenes virginesq;
immēsa exultatione succinti/trahebāt lō/
go agmine arcā martyris/psallētes sum
mis clamoribus et cū exultatione dicētes
Confūdant oēs qui adorant sculptilia/ꝛ
qui confidunt in simulacris suis. Hec i au
ribus pphani pricipis p sex milia passuū
tanta exultatione psallebat oīs ecclīa: vt
celū clamoribus resultaret. Unde ꝛ ille in
tantā iracūdie rabiē deductus est/vt alte/
ra die cōprehēdi christianos passim ꝛ tru/
di iuberet in carcerem/ac penis et cruciati
bus affligi.

Capitulū. xxxvi. de mirabili constancia theodori confessoris i. tormētis ꝛ morte du
Ilez bia ipsius Juliani in bello psico.

tan/ Uod salustius prefectᵘ eius nō pro
gitᵗ i bans/licet esset gētilis/tamē iussus
histo exsequitur: et apprehensum quendā adole
trip. scentē q primus occurrit. Theodorū noīe
xxxi. a prima luce vsq; ad horam vndecimā/tā
ta crudelitate et tot mutatis carnificibus
torsit/vt nulla etas simile factū meminer
it. Cū tamē ille in eculeo sublimis/et hic
inde lateribus instante tortore/nichil aliō
fecerit/nisi vultu securo ꝛ leto psalmū quē
pridie oīs ecclesia cecinerat iterare. Cūq;
se omni expensa crudelitate Salustius ni
chil egisse perspiceret/recepto in carcere i
uene/abisse fertur ad imperatorē/ꝛ quid
egerit nūtiasse: ac monuisse ne tale aliqd
tēptare vellet de cetero. Alioqui ꝛ illis glo
riam/et sibi ignominiam quereret. Hunc
Theodorum ipsi nos postmodū apud an
tiochiam vidimus: et cū requireremus ab
eo si sensum doloris habuisset ex integro/
dicebat dolores se quidē parū sensisse: asti
tisse aūt quenda iuuenē/qui subdanti sibi
linteo candidissimo/ꝛ sudores extergeret/
et aquā frigidaz frequēter infūderet: ꝛ ita
se esse delectatū/ vt tunc mestior factus sit
quando deponi de eculeo iussus est. Cōmi
natus igitur imperator post victoriā persi
cā melius se christianos debellaturū/pro
fectus quidem est/sed nullus reditus. Ibi
nāq; (incertū a suis an ab hostibus) con/
fossus/post annū et octo mēses presumpti
Augustalis imperii finem fecit.

Capitulū. xxxvii. de coadunatiōe iudeoꝝ qui a iuliano decepti tēplū ad sacrificādū in ierosolimis reedificare voluerūt.

Anta vero eius ad decipiendū subti Con/
litas ꝛ calliditas fuit/vt etiaz infeli qī ibi
ces iudeos vanis spebus illectos vt ipē agi tribu
tabat illuderet. Quos primo oīm cōuoca postr
tos ad se interrogat/cur nō sacrificarent/ misq
cū eis lex sua de sacrificiis iperaret. At illi pitul
occasiōez se iuenisse tēporis rati/nō possu tāgit
mus inquiūt nisi in solo Jerosolimoꝝ tē/ meis
plo. Ita nāq; precipit lex. Et accepta ab eo hysto
reparādi tēpli licētia/in tātū insolētie per tripa
uenerūt/vt aliquis eis pphetaꝝ redditus li.vi.
videret. Igitᵘ ex oībus locis atq; prouīciis capi.
conuenere iudei: locū templi oliz igne con xliii.
sumpti aggredi cepere/comite properādi
operis ab imperatore cōcesso: sūptu publi
co et priuato res oēni instancia gerebatur
Interea insultare nostris: et velut repara
tis sibi regni tēporibᵘ cōminari acrius: ac
seuitiā ostētare: prorsus i magno tumore ꝛ
superbia agere. Cyrillus post Maximuz
cōfessorē ierosolimis habebat epūs. Aper
tis igitᵘ fūdamētis/calces cemētaq; adhi
bita: nichil oīno deerat quin die postera ve
teribus deturbatis/noua iaceret fūdamē
ta: cū tamē epūs diligēti cōsideratione ha
bita/vel ex iis que in Danielis prophetia
de tēporibus legerat/vel quod in euange
liis dn̄s predixerat/psisteret nullo genere
fieri posse/vt ibi a iudeis lapis sup lapidē
poneretur: res erat in expectatione.

Capitulū. xxxviii. de mirabili motu terre in ierosolimis q fūdamentoꝝ saxa lon

ge ia clauit porticū quoqȝ iudeorū solo coequauit ⁊ multos iudeos oppressit.

Et ecce nocte que ad incipiendū op⁹ iam sola restabat/terre mot⁹ ingēs oboritur et nō solū fūdamētoꝝ saxa lōge lateqȝ iactantur/verū etiam totius pene loci edificia complanant. Porticus quoqȝ publice i quibus iudeorū multitudo ꝙ operi videbatur insistere cōmanebat/ad solū deducte/oēs iudeos ꝙ reperti sūt oppresse re. Luce vero orta cū se mala crederet effugisse/ad requirendos qui oppressi fuerant reliqua multitudo concurrit.

Ca. xxxix. de igne diuinit⁹ accēso signis et virtutibus terrificis quibus iudei ab illicitis inceptis disturbantur et ad deuȝ cōuertuntur.

Dea erat quedā i inferioribus tēpli demersa/habens aditū inter duas porticus ꝙ fuerat cōplanate/in qua ferramēta aliaqȝ operi necessaria seruabant e qua subito globus ꝙdā ignis emicuit: ⁊ per mediū platee percurrens/adustis ⁊ exterminatis ꝙ aderāt iudeis/ vltra citraqȝ ferebat. Hoc iteꝝ sepiusqȝ ⁊ frequētissime per totā illā diē repetens/ꝑtinacis populi temeritatē flāmis vltricibus cohercebat. Cū interi pauore ingēti ⁊ trepidatiōe oēs qui aderāt deterriti/solū verū deū christū cōfiteri cogebant inuiti. Et ne hec fieri casu crederētur/i sequēti nocte i vestimētis oīm signaculū crucis ita euidēs apparuit vt etiā ꝙ diluere ꝑ sui ifidelitate voluisset nullo genere valeret abolere. Sic deterriti iudei atqȝ gētiles locū simul et inaniter cepta reliquere.

Explicit liber x.

Incipit liber undecimus

Cap. i. de ortu religioso ac morte Iouiniani et victoria quā erga barbaros habuit quomodo pacē dedit christianis et athanasium ab exilio reuocauit.

p

Post Juliani necē tandem ciuile nobis Jouiniani repa- hoꝝ me-
ratur imperiū. Js nāqȝ sub mit
vno eodemqȝ tēpore Impe histo
ratoꝛ cōfessor/⁊ male illati trip.
extitit depulsor erroris. Nam cū i ꝑcinctu li. 1.
esset exercitus et vrgeret barbarus/ducto ca. i.
resqȝ nostri de sūmis rebus consilium trahentes a iouiniano calculū darent/cūqȝ apprehensus ad suscipienda imperii traherentur insignia: ad exercitum Juliani sacrilegiis profanatū dicitur proclamasse. Non se posse imperare eis. quia esset christian⁹ Tum omnes pari eademqȝ voce respondisse perhibentur/⁊ nos christiani sumus nec prius ꝙ hanc vocē audiret/acquiescere ad imperium voluisse. Deniqȝ statim affuit diuina clementia: contraqȝ omnē spē cum clausi vndiqȝ hostibus tenerentur nec euadendi facultas vlla suppeteret: subito emissos a barbaris oratores adesse vidēt/pacemqȝ deposcere. Exercitui quoqȝ inedia consūpto cibos ceteraqȝ necessaria i mercimoniis polliceri: omniqȝ humanitate nostroꝝ temeritatē emendare. Sed vbi i xx. ⁊ nouē annis pace cōposita ad Romanum regressus est solum/clarioꝛqȝ lux nostro se orbi ex orientis partibus oborta diffudit Rempublicam quasi post nimias ꝓcellas oī moderatiōe aggreditur reparare Ecclesiaꝝ vero curā nō i secundis hēre: nec tam incaute vt Cōstātius egerat: sed lapsu predecessoris āmonitus honorificis ⁊ officiosissimis litteris Athanasiū requirit: et ab ipso formā fidei ⁊ ecclesiaꝝ disponēdarū suscipit modū. Sed hec tā pia ⁊ tā leta pricipia mors imatura corrupit. Post nouē ⁊ erū mēses ortus sui/apud Ciliciā diē obiit,

Cap. ii. de ortu valētiniani ⁊ valētis qui valēs fauit hereticis ⁊ christianos ꝑsecut⁹ē

Post hunc valētinianus iperiū suscepit: qui ꝑ fide nostra a iuliano de militia fuerat expulsus. Sed compleuit in illo dominus quod promisit: plus etiā quaȝ centupla in presenti seculo restituens ei. Nam quia militiam pro christo reliquerat/recepit imperium. Js in consortium

regni assumpsit fratrē valentē: et sibi quidem occiduas partes delegit/ illi autē orientales reliquit. Sed valens fauendo hereticis abiit in viam patrū suoꝝ. Naȝ ⁊ episcopos egit in exiliū: et presbyteros ac dyaconos ⁊ monachos tatiano alexādrie presidēte/ vsqȝ ad tormēta deduxit/ et ignib⁹ tradidit. Multaqȝ nefanda ⁊ crudelia in ecclesia dei molitus est. Sȝ hec oīa post athanasii obitū. Nam illo superstite/ velut diuina quadā virtute prohibitus/ cum debacharetur ĩ ceteros/ in illum nichil ausus est triste cōmittere.

¶ Ca. iii. de morte gloriosa athanasii ⁊ psecutionibus lucii heretici.

Situr ea tēpestate cū quadragesimo ⁊ vi anno sacerdotii sui Athanasius post multos agones multasqȝ patiētie coronas quieuisset in pace/ sciscitat⁹ de successore/ petrū tribulationū suaꝝ participē et sociū delegit. Sed lutius Arriane partis episcopus/ cōtinuo tanq̄ ad ouem aduolat lupus. Et petrus quidē nauē ꝓtinus cōscendēs/ ad vrbē romā ꝓfugit. Lutius vero tanq̄ materia sibi crudelitatis ablata/ seuior erga ceteros efficiebat. Et ita ibat in sanguinē/ vt nec speciē quidem aliquā religionis seruare videretur. Cui⁹ primo ingressu tanta et tam turpia in virgines et cōtinētes ecclesie gesta sunt/ que nec in persecutionibus gentiliū memorantur. Inde post fugas ciuiū et exilia/ post cedes et tormēta flāmasqȝ quibus innumeros confecerat/ ad monasteria furoris sui arma cōuertit. Uastat heremū: bella quiescentibus indicit. Tria milia simul aut eo amplius viros/ per totaȝ heremū secreta ⁊ solitaria habitatione dispersos/ oppugnare pariter aggreditur. Mittit armatam equitū ac peditū manū tribunos prepositos/ et belloꝝ duces tanq̄ aduersum barbaros pugnaturus elegit. Qui cum venissent: nouam belli speciem vidēt: hostes suos gladiis obiectare ceruices/ et nichil aliud dicere nisi amice ad qd venisti.

De his etiã ĩ hysto. trip li. 8 cap 39. i fie. 3. & 38.

¶ Ca. iiii. de virtutibus et mirabilib⁹ macharii qui ĩ insulā vna cum aliis anthonii discipuli relegatur in qua mirabilia fecit.

Er idem tēpus patres monachoꝝ vite et antiquitatis merito/ Macharius/ et isodorus aliusqȝ Macharius/ atqȝ Eraclides et pambus Anthonii discipuli/ per egyptū et maxime in nitrie deserti partibus habebantur. Uiri qui consortium vite et actuū non cum ceteris mortalibus/ sed cum supernis angelis habere credebantur. Que presens vidi loquor: ⁊ coꝝ gesta refero/ quoꝝ in passionibus socius esse promerui. Hii ducebant exercitū dñi: non mortalibus telis sed fide religiōis armatuȝ exercitū moriendo vincentē: et qui sanguinis sui profusione victor christū sequeretur ad celū. Quiqȝ dum in tabernaculis positi et orātes expectarēt interfectores suos/ delat⁹ est ad eos homo olim mēbris omibus et precipue pedibus arid⁹. Sȝ cum ab eis in nomie dñi oleo fuisset perūctus/ statim confirmate sunt plante eius. Et dicentibus eis in nomine Jesu christi quē lutius persequitur surge et sta in pedibus tuis et redi in domum tuaȝ: continuo exurgens et exiliēs bñdicebat deum ostendens q̄ vere erat in eis deus. Ante aliquantulum vero tēporis cecus quidaȝ rogabat adduci se ad cellulam Macharii que erat in deserto itinere trium dieꝝ. Quo postea q̄ cecus multo ductātium labore peruenit Macharium non reperit domi. Cōtristatus valde/ nullatenus mitigare mesticiaȝ poterat/ sanitatis solatiis carens. Tuȝ vero feruore fidei concalescens/ deprecor (inquit ad eos qui se duxerant) applicate me ad illam partem parietis vbi cubare senior solet. Et cum fuisset admotus/ parum luti aridi vnde paries oblit⁹ videbatur assumens/ palme sue supposuit. Rogat etiam vt aquam de puteo ex quo bibere solebat haurirent. Quo humore soluens glebulam/ eodemqȝ luto oculos suos superungens/ et lauans de aqua que hausta fuerat/ repente recepit visum: ita vt nullo indigens adminiculo rediret ad sua.

Sed ne secūdū leprosos illos ageret quos a se curatos i euāgeliis ingratos domin⁹ notat/cū omī domo sua regressus/et deo gratias referens/rem vt gesta fuerat indicauit. Idē ipse Macharius Leene speluncam habuit cellule sue vicinā. et quadā die catulos suos cecos ad eum belua pducit/ atq3 ante pedes eius posuit At ille cū intellexisset pro cecitate catuloꝝ bestiā supplicare/rogauit dominū vt eis redderet visū. Quo recepto matrē sequentes redeūt ad speluncam: et paulopost ipsa cum catulis suis regrediens/pelles ouiū lanatas plurimas/velut munus pro suscepta gratia ad senem defert morsu oris euectas. ⁊ ante fores eius eis depositis abscedit. ¶ Uerum si singulorum mirabiliū gesta ꝑsequi velim⁹/excludimur a proposita breuitate: maxime cū hec narrationē propria opens habere mereantur Sed in his omibus Luci⁹ non erudiuit/nec aliquid reuerētie virtutū mirabilib⁹ detulit. Quinimo iubet patres ipsos ablatos a grege suo/imo dam raptos/in insulam quandā egypti paludum deportari: in qua compererat neminē posse esse christianū: quo per hoc vel absq3 solatiis vel absq3 consuetis actibus viuerēt senes. Igitur cū duobus solis pedissequis noctu ad insulam deducūtur. In qua erat templū quoddā3 sūma veneratione a loci incolis obseruatum. Cūq3 nauicula senū oram soli illius contigisset: ecce subito sacerdotis tēpli illi⁹ virgo filia correpta spiritu/cum ingenti vociferatione ⁊ clamoribus vsq3 ad celum datis/ꝑ medios agi populos cepit. Et crebros ducēs rotatus/stridens huc atq3 illuc rapida ora vibrare. Cūq3 ad spectaculum tam ingentis monstri maxime cum esset sacerdotis filio qui i honore precipuo apud illos erat/populi cōuenissent/per auras eam raptā3 sequentes/ peruenerūt vsq3 ad nauiculā senum. Ibi vero proiecta coꝝ pedibus et prostrata clamare cepit. Quid venisti huc serui dei sūmi antiquis nos ⁊ veternosis euoluere domiciliis: In hoc loco depulsi vndiq3 latebam⁹. Quomodo vos nequaq̄ latere potuimus: Cedimus antiquis sedibus: populos vestros terrasq3 recipite Cū hoc diceret et increpatus ad eis erroris spiritus effugatur. Et puella sana vna cum parentib⁹ suis iacebat ad pedes nostri temporis apostolorum. Qui talibus exordiis predicantes ei fidem dñi nostri iesu christi/i tantā conuersionem repente eos perduxerūt: vt statī manibus suis antiquissimū templū et in sūma veneratiōe habitū destruerent et ecclesiam confestim edificarēt. Nec ad deliberandū spacio temporis eguerūt: quibus fidem rerum fecerant non verba/sed virtus. Sed hoc cū fuisset Alexandrie nunciatum/veritus. Lucius ne forte etiā suorum in eum odia iusta consurgerent/qui aperte iam bellum non hoībus sed deo inferret: occulte eos reuocari ⁊ in heremum remitti iubet. Dum hec in egypto geruntur ne in aliis quidem locis ꝑsecutionis flamma cessabat.

¶ Cap. x. de ꝑsecutiōe apud edissā mesopotamie ciuitate ad quā christiani ꝑcipites currebāt. Int quos mulier quedā cū puero veloci cursu pperabat.

Edissa namq3 mesopotamie vrbs fidelium populorum est/ Thome apostoli reliquiis decorata. Ubi cū Imperator populos vidisset ecclesiis electos in campo habere conuēticulū/tanta dicitur iracundia accensus: vt prefectum suū pugno percuteret/cū nō fuisset ide quoq3 sicut iusserat deturbata. At ille licet esset paganus/et iniuriis ab imperatore fuisset affectus: tamē cōsideratione humanitatis altera die ad vastandū3 populum ꝓcessurus/facit hoc ipsum ciuibus ꝑ occulta indicia clarescere: quo s. cauere sibi possent/ne inuenirentur in loco. mane ꝓcessur⁹ terrorem solito maiorem ꝑ officium mouet. agitq3 omia quo q̄ minimi velsi fieri posset nulli perclitarentur. Uidet tamen frequētiorem solito populū tendere ad locū: currere precipites/ et festinare tanq̄ vererentur ne quis deesset ad mortem. Interea videt

De his etiā in hysto. trip. li. 8. ca. 39.

Idē i hy. trip. li. 8. c. 32.

quandam mulierculã ita festinam ꝛ properam domo sua prorũpere/ vt nec claudere hostium/ nec operiri vt mulierum habitum decet diligentius potuisset: infantem quoqꝫ paruulum secum trahentẽ: cursuqꝫ rapido irrupto etiam officii agmine festinantem. Tum ille vltra non ferẽs/ apprehẽdite inqt mulierẽ/ ꝛ huc deducite. Cũqꝫ fuisset adducta/ quo inquit infelix mulier properas tã festina? Ad cãpũ ait/ quo catholicoꝝ pplꝯ ꝯuenit. Et non inquid audisti quia prefectus illuc pergit vt oms interficiat quos īuenerit? Audiui inqt. Et ideo festino vt ibi īueniar. Et quo inqt paruuluz istum trahis? Ut et ipse ait martyrium cõsequi mereatur. Que cũ audisset vir moderatissimus/ redire officiũ et cõuerti vehiculum ad palatium iubet. Et ingressꝰ ait Imperatori: subire mortem si iubeas paratus sum; opus vero quod precipis implere non possum. Cumqꝫ edocuisset cuncta de muliere/ repressit imperatoris insaniam.

¶ Capitulũ. vi. de moyse quodaꝫ quẽ regina sarracenoꝝ poposcit fieri episcopũ alexandrie qui vehemẽter ꝛ palã luciũ ꝓpter suas ꝑsecutiones increpauit.

Er idem tempus ecclesia velut persecutionis igne conflãte purior auri metallo refulgebat. Non enim ī verbis vniuscuiusqꝫ fides/ sed in exiliis ꝛ carceribus probabatur: qꝛ nõ honori erat catholicum esse sed pene precipue apud Alexandriam/ Ubi ne sepeliendis quidez corporibus mortuoꝝ libera facultas fidelibꝰ erat. Que dum Lucius omni arrogantia et seuitia gereret/ Mauuia Saracenoꝝ gẽtis regina/ vehemẽti bello Palestinis arabici limitis oppida atqꝫ vrbes quatere/ vicinasqꝫ simul vastare ꝓuincias cepit. Cũqꝫ frequẽtibus bellis Romanuꝫ attriuisset exercituꝫ/ et plurimis peremptis/ reliquos vertisse in fugam/ orata pacem non aliter se amplexuram promittit: nisi moyses quidam nomine monachus genti sue ordinaretur episcopus. Qui in heremo partibus suis propinqua vitam solitariã ducẽs meritis ꝛ virtutibus ac signis q̃ faciebat deus per illuꝫ/ magnifice īnotuerat. Petitio eiꝰ principi indicata Romano/ sine vlla dilatione iubetur impleri A ducibus nostris q̃ ibi infeliciter pugnauerant/ captus Moysea ad sacerdotiuꝫ suscipiẽdũ Alexandriã ex more deducit. Adest Lucius/ cui ordinãdi deferebatur officiuꝫ. Quo viso/ Moyses presentibus ducibus qui perurgebant ꝛ populis ait: Ego quidem me non esse dignũ tanto sacerdotio iudico. Uerũtamen si aliqua in me licet indigno diuina dispẽsatio putatur explẽda/ deum nostruꝫ celi ac terre dñm testor ꝙ Lucius sanctoꝝ sanguine pollutas ꝛ cruentas super me nõ iniciet manus. Cumqꝫ Lucius tam grauinota iniustum se videret in oculis plurimorũ Quare inquit o Moyses tam facile cõdẽnas eum cuius fidem ignoras? Aut si tibi aliquis de me aliter indicauit/ audi fidez meã/ et tibi ipsi magis ꝙ aliis crede: Tuꝫ ille. Desine inquit o Luci dolosis tuis me quoqꝫ imaginibus aggredi. Bene michi nota est fides tua: quã protestantur serui dei per metalla dãnati. Episcopi ī exilium trusi/ presbiteri/ diaconi extra christiani nominis ditacula relegati. Bestiis alii/ alii etiam ignibus traditi. Nũquid potest verior esse fides que auribus capitur/ ꝙ que oculis peruidetur? Apud me certum est ꝙ qui christo recte credunt/ ista non faciunt. Et ita maiore dedecore deformatus (qm̃ perurgebat necessitas rei publice consulẽdi) compulsus est acquiescere/ vt ab episcopis quos in exilium truserat sacerdotium sumeret. Quo suscepto/ et gentis ferocissime pacem tenuit/ ꝛ fidei catholice custodiuit intemerata consortia.

¶ Capitulũ. vii. de didymo q̃ ꝗuis luminibus orbatus esset in omni tñ sciã non parum ꝓfecit quẽ consolatus est anthonius super oculorũ amissione.

Erum cũ apud alexandriaꝫ populos et vrbem/ nebulosi ductoris tetra perfidie caligo suffunderet/ velut lampadam quadã diuina luce fulgentẽ. Didimum dominus accendit. De cuius vita

atq3 institutis (quoniā ad ecclesie gloriā3
h ei munere concessus creditur) licet intrā
cursu necessario tamen cōmemoranda no
bis pauca videntur. Is nāq3 in paruo eta
te/cum etiam adhuc prima litterarū igno
raret elemēta/luminibus orbatus/maio
re desiderio scientie veri luminis inflam
matur/nec desperatione cupita adipiscen
di passus est: cū audisset in euāgelio scrip
tum quod apud homines impossibile est/
possibile est apud deū. Hac igitur diuina
pollicitatione confisus/indesinenter dnm
precabatur/nō vt oculorum carnaliū visū
sed vt illuminationē cordis acciperet. Mi
scebat tamen precibus studia ac labores: z
iuges continuatasq3 vigilias/nō ad legē
dum sed ad audiēdu3 adhibebat: vt quod
aliis visus hoc illi conferret auditus. Cu3
vero post lucubrationis laborē somnus vt
fieri solet legētibus aduenisset/ Didimus
silentium illud non ad quietem velocium
batum ducens/tanq̄ mundu3 animal ru
minans/cibu3 quem ceperat ex integro re
uocabat: et ea que dudum percurrentibus
aliis ex librorum lectione cognouerat/me
moria et animo referebat: vt non tam au
disse que lecta fuerāt/q̄ descripsisse ea mē
tis sue paginis videret. Ita breui/deo docē
te in tantam diuinarū humanarūq3 rerū
eruditione3 ac scientiam venit: vt scole ec
clesiastice doctor extiterit: Athanasio epi
scopo ceterisq3 sapientibus in ecclesia dei
viris admodum probatus. Sed z i ceteris
siue dyalectice seu Geometrie/ Astrono
mie quoq3/vl' Arismetice disciplin sita es
set paratus: vt nullus vnq̄ philosophorū
aliqua ex his artibus proponens obtinere
eum vel concludere quiuerit. Sed statim
vt responsiones eius acciperet/magistru3
eum etiā illius de qua proposuisset crede
ret discipline: huius aliquanti dicta vel cō
muniter disputata/vel proponentibus re
sponsa/adhibitis notariis descripsere: que
etiā nūc in magna ammiratione habētur
Nos tamen qui et viue vocis eius ex par
te aliqua fuimus auditores/z ea que a nō
nullis dicente eo descripta sunt legimus
longe maiorē gratia3 z diuinū nescio quid
ac supra humanā voce3 sonans/i illis ma
gis sermonibus qui de ore ipsius pferebā
tur agnouimus. Nunc etiam beat9 Anto
nius/cum fidei athanasii testimonium la
turus aduersū arrianos de Thebaide ale
xandriam descendisset/magnificis cōsola
tus est per his: Nichil te inquit offendat o
Didime/q̄ carnalibus oculis videris or
batus. Desūt enim tibi illi oculi/quos mu
res et musce z lacerte habent. Sed letare/
quia habes oculos quos angeli habent: z
quibus deus videtur: per quos tibi magnū
scientie lumen accenditur.

¶ Ca. viii. quāti ex discipulis antonii etiā
tunc in heremo habitātib9 virtutes z signa
fecerunt.

Florebat igitur egyptus ea tēpesta
te/nō solū eruditis i christiana phi
losophia viris/verū etiam his qui p vasta3
heremum commanentes/signa z pdigia
apostolica simplicitate vite z cordis sinceri
tate faciebant. Ex quibus inter3 quos ipi
vidimus/et quorum benedici manib9 me
ruimus/hi sūt: Macharius de superiori
heremo/aliusq3 Macharius de inferiori
Ysidorus in Scitiis/Pambus in cellu
lis/Moyses et Beniamin in nitria. Sy
brio z Helias z Paulus/i apetelio. z Ali9
Paulino in Focis. Pemen z Joseb in Pis
piri/qui appellatur mons Antonii. Sed
et alios q̄plures huiusmodi viros in egip
ti partibus habitare fideli comperim9 au
ditu vt vere compleretur apostoli dictum
quia vbi habūdauit peccatū/ supabūdauit
et gratia. Habuit autē p idē tempus etiā
Mesopotamia viros nobiles/eisdem stu
diis pollētes. Quor aliquātos ipsi p nos
apud Edissam z in Carrarū partib9 vidi
mus: plures autē auditione didicimus.

¶ Cap. ix. de Inicis gregorii nazāzeni et
sancti basilii cappadocie epi q̄ p diuersas
mūdi ptes discurrētes v̄bis et p̄dicatione
desides succēdebant.

Sed neutra harum infecūdior: Cap
padotia fuit: īmo aliquid letiꝰ/gre
goriū cum basillo germinauit. Tulit igit
et ipsa multoꝝ sanctorū segetē satis letam
produxit copiosam pioꝝ vineā. Oliuarū
quoqꝫ dñi germinauit nouellā. Sed isti ꝑ
cipue velut duo filii pinguedinis assisten/
tes dextera leuaqꝫ candelabro/instar duo
rum celi luminariū refulgebant. Unde di
gnū puto de his pauca supra repetere. Am
bo nobiles/ambo Athenis eruditi/ambo
college/ambo de auditorio digressi/ad ꝓ/
fitendā rethoricaꝫ rogabātur. Quod opꝰ
magnifice quidē implebat basilius. Gre
gorius vero magnificentius contēnebat:
quiqꝫ cum se totū dei seruitio mancipasset
tātū de college amore presumpsit: vt seden
tem Basiliū de decoris cathedra depone/
ret: ac secum ad monasteriū manu iniecta
perduceret. Ibiqꝫ per annos vt aiūt trede
cim omnibus grecoꝝ seculariū libris remo
tis solis diuine scripture voluminibus op
am dabant: earūqꝫ intelligentiā nō ex pro
pria presumptiōe/sed ex maioꝝ scriptis ꝛ
auctoritate sequebātur: quos ꝛ ipsos ex apo
stolica successione ītelligēdi regulaꝫ susce
pisse cōstabat. Quoꝝ precipue in prophe
tas ꝯmentarios discutiētes/thesauros sa/
pientie recōditos ī vasis fictilibus require/
bant. Uerum cū iam ipsi sufficiēter īstru/
cti/diuina dispēsatione ad imbuēdos po/
pulos vocarentur/et alius alio itinere/ad
idem tamē opus vterqꝫ tenderetur: Basi
lius Ponti vrbes et rura circumiens/desi
des gētis illius animos et parū de spe fu/
tura sollicitos/stimulare verbis et predica
tiōe succēdere/callumqꝫ ab his lōge negli
gētie cepit abolere: subegitqꝫ adiectis ina/
niū rerum ꝛ seculariū curis/suimet noticiā
recipere: in vnū conueniēs: mōasteria cōstruere
psalmis ꝛ hymnis et orationibus vocarē
docuit: pauperū curam gerere/eisqꝫ habi/
tacula honesta ꝛ quecūqꝫ ad victū necessa
ria sūt prebere. Uirgines īstituere: pudicā
castamqꝫ vitam omnibus pene desiderabi/
lem facere. Ita breui permutata est totiꝰ
prouīcie facies: vt in arido et squalēte cā/
po/videretur seges fecūda ꝛ leta vinea sur
rexisse. Gregorius vero bonū semē nō pa/
tiebatur aut super spinas iacere/aut inter
saxa dispergere: sed bonam terram cordis
sui iugi cultu ꝛ exercitiis īdesinētibus exco
lebat. Et multo amplius hic in semetipso
ꝙ ille in ceteris proficiebat. Suscipere il/
le que renūciantes seculo deferebāt ad pe
des suos/et diuidere vt quisqꝫ eguisset curā
gerebat. Iste nichil habēdi ꝛ oīa possidē
di cōtētus sacramēto/erga solas sapiētie
diuitias/auarus et multum cupidus ī he/
rebat. Ille coire plures ī vnum et sui inuicē
in necessariis habere sollicitudinē docebat
hic sui exēplo ꝙ erat absolutus et liber cū/
ctis sermōe apostolico predicabat/ego au
tem volo vos sine sollicitudine esse. Do/
minus in proximo est. nichil solliciti sitis/
sed tanꝙ serui christi hoc solum estote sol
liciti/quando redeat dominus de nuptiis.
Ille delinquentibus misericorditer condo
lere/et a delicto reuocare: hic ꝓ diuini elo/
quii gratiam delinquēdi incitamenta pre
uenire/nec sinere labi cum ꝗ difficulter eri
geretur elisus. Ille in fide purus/hic in pre
dicatione liberior. Ille deo humilis/hic etiaꝫ
hoībus erat. Ille arrogantes contemptu/
hic ratione vincebat. Sic in vtroqꝫ diuina
gratia vnū opꝰ ꝑfectionis explebat. ¶ Igit
non multo post/Basilius Cesaree Cap/ B
padotie episcopus cum a Ualente in exili
um ꝓ fide cogeretur/exhibitꝰ est ad tribu/
nal perfecti/terroribusqꝫ (vt illi moris est
potestati) ꝛ minis maxis agi cepit: vt nisi
preceptis pricipis obediret/interitū sibi iā
iamqꝫ speraret impendi. Tum ille ītrepi/
dus et absqꝫ vlla animi perturbatiōe hoc
sibi minanti prefecto respōdisse fertur: at
qꝫ vtinam aliquid michi esse digni mune
ris quod offerram huic qui maturius Ba
siliū de nodo follis huius absolueret. Cum
qꝫ daretur ei nox que erat media ad spatiū
deliberandi/respōdisse denuo perhibetur:
Ego crastino ipse ero qui nūc/tu te vtinā
nō mutares. Et illa quidē nocte vxor imp
atoris velut tortoribꝰ tradita cruciatur.
Filius vero qui erat eis vnicus extinctus/

paterne impietatis creditur exſoluiſſe ſupplicia. Ita ante lucem/miſſi ſūt q̄ rogarēt Baſiliū vt precibus ſuis intercederet pro eis ne etiā ipſi et quidem multo iuſtius ſimiliter interirent. Sic accidit vt cum oēs catholicos expulerit Ualens/Baſili⁹ vſq3 ad vite exitū intemerato cōmuniōis ſacramento in eccleſia perduraret. Gregorius vero apud Nazanron opidū ī locū patris epiſcopus ſubrogatus/hereticoꝝ turbinē fideliter tulit. Reddita vero pace/ Cōſtātinopolim ad eccleſiam docendam venire exoratus nō abnuit. Ubi breui tempore tātum ad emendādum populū vetuſtis hereticorum infectum venenis pfecit: vt tūc primum chriſtiani ſibi fieri viderentur: et nouellam lucem veritatis aſpicere/cum religionis doctor multa quidē verbis/plura tamē doceret exemplis: nec viderent ab eo diſcipuli aliquid imperari/qđ nō prius ipſe feciſſet. Sed vbi gloria ſu(a) ſecuta inuidia eſt/obniti quidā et proſcriptionibus minus ſanis vti cepere: vt ipſo ad propria remeante alius ordinaret epūs. Quod ille ſuſurrari tantum/et ſub dente ſentiens ruminari: ipſe profert q̄ dicere ei null⁹ audebat. Abſit inqt vt mei cauſa/aliqua ſimultas in dei ſacerdotibus oriatur. Si ꝑpter me eſt iſta tempeſtas/tollite me ꝛ mittite in mare/et deſinet a vobis quaſſatio. Tūc regreſſus in eccleſia ſua quod ſupfuit vite tempus exegit. Et quoniā feſſa iam etate et corpore inualidus erat/ſucceſſorem ſibi ipſe delegit: quo eccleſiam gubernāte/debilitatis ꝛ ſenectutis ocio frueretur. Extant quoq3 vtriuſq3 ingenii monimēta magnifica tractatuum: quos ex tempore ī eccleſiis declamabant. Ex quib⁹ nos dênas ferme ſingulorum oratiunculas tranſfudimus in latinum: baſilii preterea inſtituta monachorum: optātes (ſi potuerimus ꝛ dei fauor adiuuerit) eorū plura transferre. Fuerunt preterea fratres duo Baſilio Gregorius ꝛ Petrus: quoꝝ alter ī verbo doctrine alter ī operibus fidei fratrē ita exequabat vt vterq3 vel Baſiliū vel Gregorium redderet. Extāt etiam ipſi⁹ Gregorii iunioris aliqua opuſcula luculēta. Sz de his ſatis dictum. In occiduis vero partibus Ualentinianus fide religionis illeſ⁹/vetere Romani imperii cenſura rem publicā gubernabat.

Cap. x. quomō damaſus ſacerdocium ī vrbe roma ſuſcepit qđ vrſin⁹ egreferēs ſtatim ſedicio magna oritur.

Damaſus poſt Liberium ꝑ ſucceſſionem ſacerdotiū in vrbe Roma ſuſceperat. Quem prelatum ſibi non ferens Urſinus quidam eiuſdem eccleſie diacon⁹ in tantum furoris erupit: vt perſuaſo quodam ſatis imperito et agreſti epiſcopo/collecta turbulentorum et ſeditioſorum manu/in baſilica que ſiciniana appellatur/epiſcopū ſe fieri extorqueret/legib⁹ et ordinē traditione peruerſis. Quo ex facto tāta ſeditio īmo vero tanta bella orta ſunt/alterutrū defēdētib⁹ populis: vt replerent humano ſanguine orationum loca. Que res factione Maximini prefecti/ſeuu hōis ad inuidiā boni et īnocētis verſa eſt ſacerdotis: ita vt cauſa ad clericoꝝ vſq3 tormenta duceretur. Sed aſſertor īnocentie deus affuit: et in caput eoꝝ qui intenderant dolum/pena conuerſa eſt.

Ca. xi. ambroſius epiſcopus mediolani effectus eſt propter vtraſq3 populi partes ſibiinuicē cōtendentes.

Interea defūcto apud mediolanū Auxentio hereticoꝝ epiſcopo vtriuſq3 partis populi diuerſis ſtudiis ferebāt diſſentio grauis/et periculoſa ſeditio/vrbi ꝑprie maturū parabat exitiū: ſi pars vtraq3 cum diuerſū vellet/nequaq̄ꝫ quod ꝑpoſuerat obtineret Ambroſius tunc conſulares eiuſdē prouincie faſces gerebat. Is cū pernitiē ciuitatis videret impēdere/pro loco atq3 officio ſuo/cōfeſtim eccleſiā ſeditionem populi mitigaturus ingreditur. Cūq3 inibi multa ſecundū leges et publicam diſciplinā pro quiete ꝛ tranquillitate peroraſſet: pugnantis inter ſe et diſſidētis populi ſubito clamor et vox vna cōſurgit/Ambroſium epiſcopū poſtulantes: baptizari hūc protinus clamabant (Erat eñ catecumi

Margin notes (left): ...dē i / ...pſto. / ...ri .li. / ...pli. / ...ca. 36.

Margin note (right): Iſta hūc ꝛ lati⁹ in hyſto. trip. li. vii cap. viii.

nus/et sibi episcopū dari:nec aliter vnū po
pulū fore atqz vnam fidem/nisi Ambrosi/
us sibi daretur sacerdos. Obluctante illo
et plurimū resistente/ad imperatorē rela/
tum populi desideriū omni maturitate iu/
bet impleri. Dei enim ait esse ꝙ discordan
tem populi fidem et animos dissidentes
conuersio subita in vnum cōsensum atqz in
vnam sententiā reuocarit. Moxqz dei gra
tiam cōsecutus/et initiatus sacris/et sacer
dos effectus est.

Idē in histo trip. li. viii. ca. xi in p̄n.

¶ Ca. xii. de valētiniani morte apd̄ illiricū
Interea cum ad bellum sarmaticū
Valentinianus de Gallie partibꝰ
venisset Illiricum:ibi vir dum cepto bello
egritudine subita oppressus diem obiit:re
lictis heredibus in īperio filiis Gratiano
Augusto/Valentinianoqz admodū par/
uulo/et nondum regis insignibus initia/
to. Quem tamen necessitas eorū qui tan
ꝙ vacuum imperii locum conabantur in/
uadere/cōpulit etiā absēte fratre purpura
indui:pbo tūc pfecto fideliꝰ regnū gerēte.

¶ Ca. xiii. de gothoꝝ per tracias irruptio/
ne:z valētis nece deqz bonis initiis gratiani
Er idem tempus in oriētis regno
Gothorum gens sedibus suis pul
sa/per oēs se Traciao īfudit:armisqz vi/
deo et agros vastare ferociter cepit. Tum

De his ī histo trip. li. 8. ca. vl

vero valentis bella que ecclesiis inferebat
in hostem cepta conuerti/feraqz peniten/
tia episcopos z presbiteros relaxari exiliis
ac de metallis resolui monachos iubet:ipse
tamē ab hostibus circumuentus in predio
quo ex bello trepidus cōfugerat/impieta
tis sue penas igni exustus dedit:annis in
imperio cum fratre primo/z post cum fra
tris filiis quatuordecim pariter exactis.
Que pugna initiū mali Romano imperio
tunc et deinceps fuit. Igitur Gratianꝰ cū
fratre admodū paruulo post patrui necez
oriētis quoqz suscepit imperium. Is pieta
te et religiōe oēs pene q̄ ante fuerunt pri
cipes superabat. Usu armorum strenuus
velox corpore/z ingenio bonus erat:sed iu
uenili exultatione plus fere letꝰ ꝙ sufficie
bat/et plꝰ verecūdus ꝙ rei publice interat.

¶ Cap. xiiii. quomodo impator gratianꝰ
theodosiū īperii participē fecit z post mul
ta fortiter gesta maximi tyranni insidiis
succubuit.
Uiqz videns vtilem virum annis
maturū/in tantis regni curis volu
it habere participem. Et quia vt sermo di/
uinus monet/melius duo ꝙ vnus/consor
tem assiscit Theodosium:eiqz orientis p
curatiōe permissa/partes sibi ac fratri oc
cidua reseruauit. Uerum dis postꝙ mul
ta religiose ac fortiter gessit/a maximo ty
ranno apud Britāneas exorto per Andra
gatium ducem/Lugduni suorꝫ magis pro
ditione ꝙ vi hostium peremptus est.

Idē in hysto. tri. li. ix. ca. xxi.

¶ Ca. xv. de valētiniano puero ac matre
eius iustina que ecclesias perturbare cona
batur cui resistebat sanctus ambrosius.
T valentinianus in italia degens
fratris nece atqz hostis metu perī
ritus/simulatione oblatam pacem a Ma
ximo/simulans ipse quoqz libenter ample
ctitur. Cum interim iustina mater eiusdē
arriane hereseos alumna/īpietatis sue ve
nena que viuēte viro suppresserat/filio fa
cile decepto fidēter aparuit. Igitur apud
mediolanū posita/conturbare ecclesiaruz
statum:cōminari sacerdotibus depulsiōis
exilia:nisi ariminensis consilii decreta qui
bus fides patruz temerata fuerat reuoca
rent. Quo bello ecclesie murū et turrez va
lidissimam pulsabat Ambrosium. Cum
qz minis terroribus/atqz omi oppugnati
onis genere fatigans/primū sibiadituz
debellande rimabatur ecclesie. Sed ꝙuis
illa/iezabel spiritu pugnaret armata/resi
stebat tamē Ambrosius Helie virtute re/
pletus z gratia. Ipsa autē in ecclesiis gar
rire/strepere/aīare z inflamare ad discor
diam populos:sed ꝙ minus res ex senten
tia cederet/iniuriā putare:z pro hoc apud
filium cōqueri. Unde adolescentulꝰ pro cō
tumelie īuidia quā falso cōflauerat mat
accēsus/armatoruz globū ad ecclesiā mit
tit:cōstrīgi ianuas/oppugnare scā/sacerdo
tē ptrahi atqz ī exiliū agi ptinꝰ iubet. Sz
tanta fuit perseuerātia fideliū populi oīuz

Idē in hysto. trip. li. ix ca. xx.

vt aias prius admittere q̄ epm̄ mallent.

¶ Cp̄.xvi.de constantia beniuoli q̄ renuit adimplere inceptum regine ac deffensione beati ambrosii aduersꝰ Justinā reginā

Interim dictāda aduersum fidem patrū imperialia decreta mādanẽ beniuolo/tunc memorie scriniis presidenti. Sed ille cui ab incunabulis sacra fides et venerabilis fuit abnegat se īpia posse verba proferre et contra deum loqui. Tum vero cum inceptū regine frustrari videret/celsior ei honor promittitur/si impleret iūcta ille qui nobilior in fide esse/ q̄ in honoribꝰ cuperet/quid michi ait pro impietatis mercede altiorem ꝓmittitis gradū? Hoc ipso quem habeo tollite:tantum michi consciētia fidei duret illesa. Hoc dicēs ante pedes precipientiū cingulum iecit. Ambrosiꝰ vero aduersum regine furorē nō se manu defendebat aut telo:sed ieiuniis cōtinuisqꝫ vigiliis sub altari positus/per obsecrationes defensorem sibi atqꝫ ecclesie deū parabat. Cūqꝫ hoc in longum diuersis machinis et oppugnationibus nequam Justina moliretur: Maximus qui se ex vetere tyranni infamia legitimum principē gesti ret ostendere. datis litteris impium protestatur inceptum/fidem dei impugnari:et statuta catholice ecclesie subui:z inter hec appropinquare Italiam cepit. Quo Justina comperto/hoste simul atqꝫ impietatis conscientia perurgente/i fugam versa cum filio/exilia que dei sacerdotibus parabat prima sortitur.

Idē hysto trip. li.ix.c π.D

¶ Ca.xvii.quō theodosiꝰ vltꝰ ē necē grā et valētinianū ad regnū z fidem restituit.

Fuit tamen Theodosius propter regni fidem/bonitatisqꝫ ac beneficiorum Gratiani memor:et in vindictam totis viribus oriētis insurgens/vltꝰ est sanguinem iustum. Ualentinianoqꝫ ipsi interhec matre defūcta/fidē catholicā/quaz ipsa violauerat/et regnum tyrānnide depulsa restituit. Atqꝫ ipse postea q̄ Romam illū lustri triumpho inuectus est/ad ꝓpria rur regna remeauit.

¶ Cap.xviii.de theodosii ꝯmisso apō thessalonicēses ob necē cuiusdā militis et eiꝰ penitencia atqꝫ pulchra lege ab eo sancita

Eridem tempus subreptione quadam demonis turpis macula religioso principi iniecta est. Et enim cum apud Thessalonicam seditione exorta quidam ex militaribus viris impetu fuisset populi furentis extinctus/repentini nuntii atrocitate succensus ad ludos circenses inuitari populum/eiqꝫ ex improuiso circūfundi milites/atqꝫ obtruncare passim quisqꝫ occurrisset gladio iubet:et vindictam dari nō criminis sed furori. Ob hoc cum a sacerdotibꝰ Italie argueretẽ/agnouit delictuz:culpāqꝫ cum lachrimis professus/publicam penitentiam in conspectu totius ecclesie exegit. Et in hoc sibi tempus asscriptum absqꝫ regali fastigio patienter impleuit. Quibus omnibus illud quoqꝫ mirabiliter adiecit legem sanxit in posterum: vt sententie principum super animaduersionez prolate/in diem tricesimum ab executoribꝰ differrentẽ Quo locus misericordie/vel si res tulisset penitentie non periret.

Ista pulchre z diffuse tāgū tur i hist. trip. li.9.c 30. per totū

¶ Cap.xix.quomō bina ꝓuidētia speciale munus theodosio cōtulit ꝓpter restitutionez ecclīaꝝ p ipsū i oriēte catholicis factaz

Igitur ad oriētē regressus ē ibiqꝫ vt ab exordio principatꝰ sui sūma cura sūmoqꝫ studio pulsis hereticis ecclesias catholicis tradere:idqꝫ ea moderatiōe agere vt vltione contēpta/tātū catholicis de ecclesiaꝝ restitutione consuleret: quo fides recta absqꝫ predicatiōis impedimēto ꝓficeret. Cōmunē se prebere erga sacerdotes dei: fide religiōe et munificētia/cūctio regnū aimū exhibere. Accessu facilis/z absqꝫ imperiali fastu ad colloquium se humilibus prebere hortatu eius et largitionibꝰ ecclesie pluribus in locis ornate satis/magnificeqꝫ cōstructe. prestare multa poscētibus. Sed frequentius vltro offerre. Idolorum cultus qui cōstantini institutione et deinceps negligi et destrui ceptus fuerat/ eodem imperāte collapsus est. Pro q̄bus intantum deo carus fuit vt speciale ei munus contulerit bina prouidentia. Et enī in

Thebside partibus/monachum quendā Johannē noie spiritu prophetico repleuit Cuius monitis atqz respōsis/pacē retinere an bellū gerere esset meli⁹, sciscitabat.

Capitulū.xx.de appollinare episcopo eiusqz heresi que i cōcilio rome congregato p damasū papā condēnatur

Interea apud laudiciā Syrie/āte idem tempus Appollinaris epūs/
Idē vir sane i cūctis instructus. Sed hū contē-
ꝺ ap tionis vicio nimius agitur/z aduersū omne
pol' quod quisqz dixerat ire obulus delectatur
lins iactatione ingenii male fortis/heresim ex
ri in contētione generauit:asserēs solū corpus
hy. non etiā animā a dño in dispensatione su
trip. sceptum. In quo cū euidētibus euāgelii te
li.6. stimoniis vrgeretur/quibus ipē dominus
cap. et saluator habere se aīam profitetur/z po
34. nere eam quando vult/et iterum assume
a. re eam/quanqz turbatā z tristem dicit esse
vsqz ad mortē. Uertit se post: et ne ex toto vinci videretur/ait eū habuisse quidē animam/sed non ex ea parte qua rationabilis est/sed ex ea solum quam viuificat corpus. Ad supplemētū vero rationabilis partis/ipsum verbū dei fuisse perhibebat. Que assertio primo i vrbe roma a damaso et Petro alexandrino episcopo concilio congregato/tali sententia depulsa est/vt decernerent: si quis filium dei (qui sicut vere deus/ita vere homo fuit) vel humanitatis aliquid vel deitatis minus diceret habuisse/alienus ab ecclia iudicaret. Que sententia z apud Alexandriā confirmata est/z apud Constantinopolim decreto cōcilii. Ex illo Appollinariste ab ecclia declinantes/et episcopos sibi sue patris/z dogmatis propria eccliasqz defendunt.

Capitulū.xxi.de epōꝝ successionibus p diuersas orientis partes.

Situr in vrbe roma post Damasum Siricius ecclesie suscepit sacerdotium. Apud Alexandriā vero defuncto petro Thimotheus: et post hūc Theophilus. In ierosolimis aūt post Cyrillū iohānes apostolicas reparat sedes. Apō antiochiam vero defuncto Meletio/substituitur Flauian⁹. Sed ꝙ Paulinus adhuc supererat/qui in catholicoꝝ semp societate permanserat/multa ibi iurgia et multe controuersie sepe cōmote: nec tamen/sūmis vinitētib⁹ aliis/et aliis obnitētibus/ipsisqz in hoc elementis ferre marisqz fatigatis/potuit aliquādo pacis vllus obtineri modus: cū vtiqz fidei iā nullis videret subesse discordia. Hoc idē apud Tyruz fuit. Ubi cū Diodor⁹/vir usqz sane ex antiquis catholicis vir/et tēptationū documētis probat⁹ cum Athanasii testimonio a cōfessoribus esset episcopus factus/modestia eius contēpta alius a Meletii partibus ordinat. Sed et i multis aliis vrbibus orientis huiusmodi cōfusiones contētio genuit sacerdotum. Apud Cōstantinopolim vero Nectareus ex pretore vrbano catecuminus/et nuper baptisma consecutus/sacerdotium suscepit.

Capitulū.xxii.de seditione paganoꝝ cōtra christianos apud alexandria propter vetustā basilicā quā epūs ab imperatore impetrauit.

Interea apud alexandriā noui motus/et contra tēpoꝝ fidē aduersus ecclesias concitantur/ex occasione huiusmodi oborti. Basilica quedā publici operis vetusta z admodū neglecta fuit. Quā Constātius imperator donasse episcopis perfidiā suam predicantib⁹ ferebat. Que lōga incuria nichil validū preter parietes habebat. Uisuz est episcopo q p idē tēpus gubernabat ecclesiaz/hāc ab iperatore deposcere/vt crescētib⁹ fideliū populis/orationū quoqz cresceret domus. Quāqz cuz acceptam vellet excolere: reperta i loco sūt antra quedam latēcia/z terre defossa: latrociniis z sceleribus magis ꝙ cerimoniis apta. Igit gētiles q detegi criminū suoꝝ latebras z flagitioꝝ cauernas viderēt nō ferētes opta tot seculis mala/z tenebris obtecta reserari: velut draconū calice potato insanire oēs/ac palā furere ceperunt. Nec vocibus iā z seditionib⁹ vt solebāt/sed manu ferroqz decertare nitunt. Crebros conflictus agere i plateis: belloqz aptopterqz

populus inter se coire. At nostri numero z potētia multo plures/sed modestia religionis minus feroces erant. Ex quo frequēter nostrorum plurimis vulneratis/aliquantis etiā interfectis/ad templū quasi ad arcem quandam refugiebant. Quo nonnullos ex christianis captos secū adducentes/Accensis aris immolare cogebant. Renitentes nouis et exquisitis suppliciis excruciatos necabant. Alios patibulis affigentes alios confractis cruribus in speluncas precipitantes: quas ob sacrificiorū sanguinez ceterasqz impuritates delubri recipiēdas vetustas curiosa construxerat. Veruz hec per singulos dies/primo cum metu/deinde cum fiducia et desperatione gerere: atz intra templū clausi/raptu et preda viuere. Ad postremū grassantea in sanguinē ciuium/ducem sceleris z audacie sue deligunt Olimpū quendā/nomine z habitu solo philosophus: quo antesignano arcē defenderēt et tyrannidem tenerēt. At ii quibus romanorū legum custodia/iurisqz dicendi cura permissa ē cognitis que gesta fuerāt/turbati atqz perterriti ad templū conuolant: causas audire percontantur: et quid sibi vellet ille concursus in quo cum tanto scelere ante aras sanguis ciuium funderetur inquirunt. Sed illi obfirmato aditu confusis z dissonis vocibus/rationē facti nullam/sz clamorem reddebāt. Missus tamē ad eos nuntius/de romani imperii potestate/de vindicta legū/et de his que talia soleāt subequi cōmonebant. Cum qz loci munitio nichil aduersum vesana molientes agi nisi vi maiore sineret: eas res gestas ad imperatorē referunt. Ille qui ingenita mētis clemētia errantes mallet emendare q̄ perdere/rescribit illorū quidem vindictā quos ante aras sanguis fusus martyres fecit non esse poscendam: in quibus dolorē interitus superauerit gloria meritorū. De cetero vero malorū causam radicesqz discordie/que pro simulachrorū defensione veniebāt/penitus debere succidi. Quibus exterminatis/etiam bellorū causa pariter conquiesceret. Cuqz hec scripta venissēt/et velut post inducias parui temporis ad audiēdū vterqz populus cōuenisset ad templū: statiz vt prima epistole pagina reserata est in cui9 exordio vana gentilium superstitio culpabatur/clamor a nostris imens9 attollitur stupor et pauor gentiliū populos inuadit Latebras vnusquisqz querere: angustos fuge calles rimari/aut nostris se latenter immergere: vt ab omnibus qui aderāt nosceretur dei presentia populo suo audaciā tribuēte/furorē demonis qui in illis prius debachatus fuerat effugatum.

¶ Cap. xxiii. de cōstructiōe tēpli serapis et eius subuersione z vnde habuit ortū illa superstitio.

Serapis apud Alexandriam tēplū auditum quidem omnibus puto: plerisqz vero etiam notū. Locus est nō natura sed manu et constructione/per centum aut eo amplius gradus in sublime suspensus: quadratis et ingentibus spatiis omni ex parte distentus. Cuncta vero quo ad sūmum pauimentorum euadat opere fornicea constructa. Que multis desuper luminaribus et occultis aditibus inuicem semet distinctis/vsum diuersis ministeriis et clādestinis officiis exhibebant. Jā vero in superioribus/extrema totius aditus spatia occupant exedre et pastoforia/domusqz in excelsum porrecte in quibus vel editui/vel ii quos appellabāt idestq se castificāt commanere soliti erant. Porticus quoqz post hec omnem ambitum quadratis ordinibus distincte intrinsecus circuibant. In medio totius spacii edes erat preciosis edita columnis/et marmoris saxo extrinsec9 ample magnificeqz constructa. In hac simulachrū serapis ita erat vastum vt dextera vnum parietem/alterum Leua pstrīgeret. Quod monstrū ex omnibus generibus metallorū lignorumqz cōpositū ferebatur. Interiores delubri parietes/laminis primo aureis vestiti/Super has argēteis/ad postremū ereis habebant q̄ munimento preciosioribus metallis forēt. Erat etiam quedam ad stuporē admirationēqz videntium/dolo et arte composita fe-

nestra perexigua: ab ortu solis ita aptata ut die qua institutū fuerat/ simulachrum solis ad serapem salutandum intro ferri/ diligenter templi foribus obseratis/ ingrediente simulachro radius solis per eandē fenestram directus/ os et labia serapis illustraret: ita ut inspectāte populo/ osculo salutatus Serapis videretur a sole. Erat et aliud fraudis genus huiusmodi. Natura lapis magnes huius virtutis esse perhibetur/ ut ad se rapiat et attrahat ferrum. Signū solis ad hoc ipsum ex ferro subtilissimo manu artificis fuerat fabricatū/ ut lapis (cuius naturam ferrum ad se trahere diximus) desuper in laquearibus fixus/ cum temperate sub ipso ad libram fuisset positum simulachrum/ vi naturali ad se raperet ferrum: assurrexisse, paululum simulachrum/ et in aere pendere videretur. Et ne hoc lapsu propero proderetur ministri fallatie/ surrexit aiebāt sol/ ut valedicēs. Serapi discedat ad ppria. Sed et mlta alia decipiendi causa a veterib9 in loco fuerāt constructa/ que nūc longū est enumerare per singula. Verū (ut dicere ceperam9) rescripto recitato/ parati quidem erāt nostrorum populi ad subuertendū erroris auctorem. Persuasio tamen quedam ab ipsis gentilibus fuerat dispersa: ꝙ si hūana manus simulachrum illud contigisset/ terra dehiscens ilico solueretur in chaos/ celūqz repente rueret preceps. Que res paululū stuporem quendam populis dabat. Cum ecce unus ex militibus fide ꝙ armis magis munitus/ correptam bipennē īsurgēs omni nisu maxille veteratoris illidit. Clamor attollitur utrorūqz populoꝝ: neqz tamē aut celum ruit aut terra descendit. Inde iterum atqz iterum repetens/ putris ligni fumosum genium cedit. Quodqz deiectum/ igni adhibito tam facile ꝙ lignum aridum conflagrauit. Post hec reuulsum ceruicibus et depressū modio trahit caput. Tum pedes aliaqz membra cesa securib9 et rapta funibus distrahuntur: ac p singula loca membratim in conspectu cultricis Alexādrie/ senex vetnos9 exurit: Ad ultimū

huius
historia
chri
euer
tio
tāgi
tur ī
hys.
tri p
li. ix
cap.
xvii
ī pri.

truncꝰ q̄ supfuerat/ ī āphiteatro cōcremat. Vaneqz superstitionis et erroris antiqui ac serapis hic finis fuit. De cuius origine diuersa fertur opinio paganoꝝ. Alii iouez putant: cuius capiti modius superpositus vel quia cum mensura modoqz/ cuncta indicet moderari: vel vitam mortalibus frugum largitate preberi. Alii virtutem Nili fluminis: cuius Egiptus opibus et fecūditate pascatur. Quidā in honorem nostri ioseph formatum perhibent simulachrū ob dimēsionem frumenti/ qua famis tēpore subuenit egyptiis. Alii repertū in hystoriis grecoꝝ veterib9 ferunt/ apim quendam patrēfamilias/ seu regem in Egypto memphis positū cū famis tēpore frumēta apud alexandriā defecissent/ ex proprio affatim ciuibus alimēta prebuisse. Quo defuncto in honorem eius instituerūt apd Mēphis/ templū: in quo bos quasi inditium optimi agricole nutritur: habens quedam coloris insignia/ qui ex nomine eius apis appelletur. Soron vero/ idest sepulchrum in quo corpus eius inerat/ alexādriam deduxerunt: et soron Apis primo ex cōpositione Sorapin/ Post vero p corruptionem Serapin nominarūt. Quid verum sit/ aut nichil omnino de his deus viderit. Sed ad inceptum redeamus.

Cap. xxiiii. de fraudib9 paganoꝝ q̄ in illo tēpore detecte sūt quapropt ꝙplurimi vere religionis cultū amplexi sūt.

Post hec capite ipso ydolatrie deiecto/ studiis vigilantissimi sacerdotis/ quecumqz fuerunt per totam Alexandriam portenta potius ꝙ simulachra/ pari exitu et simili dedecore publicātur. Horret animus dicere qui miseris mortalibus laquei a demonib9 preparati sunt. Que funera/ que scelera ī illis que dicebantur adita tegebantur? Quot ibi īfantum capita desecta ī auratis labiis inuenta sunt? quot miseroꝝ crucia biles mortes depicte? Que cum proderentur ī lucem/ ac sub auras prolata ferrentur/ licet confusione ip-

sa gentiles et pudor diffugerent: tamen
si quis adesse potuit mirabatur tot seculis
se illis tam nefariis et tam pudēdis frau
dibus irretitum. Unde et plurimi ex his cō
demnato errore/et scelere deprehēso. fidē
christi et cultum vere religionis amplexi
sunt. Nam vt omittam cetera flagitia/q̄
in aliis locis/vi necatis paruulis/despica
tisq; ob fibrarum inspectionem virginib9
gerebantur/vnū solū modo quod in tēplo
saturni geri ad omniū venit conscientiaz
memorabo. Ex quo etiā cetera que omisi-
mus perpendantur.

Cap. xxv. quomō detecta est fraus cuius-
dam sacerdotis saturni qui tyrānus dice-
batur qui arte callida adulteriū ī tēplo cū
mulieribus alexandrie cōmittebat.

Sacerdos erat apd̄ eos saturni/Ty-
rannus noīe. Hic quasi ex responso
numinis/adorantibus in templo nobili-
bus quibusq; et primariis viris quorū sibi
matrone ad libidinem placuissēt/dicebat
Saturnū precepisse/vt vxor sua pernocta
ret in tēplo. Tunc is qui audierat/gaudēs
q̄ vxor sua dignatione numinis vocaret/
Exornataz comptius/insuper et donariis
onustā/ne vacua scilicet repudiaret/cōiu
gem mittebat ad templum. In conspectu
omniū conclusa intrinsecus matrona/ty-
rannus ianuis clausis et traditis clauib9
discedebat. Deinde facto silentio p occul
tos et subterraneos aditus intra ipsū Sa
turni simulachrum patulis irrepebat ca-
uernis. Erat autē simulachrum illd̄ a ter
go excisum/et parieti diligenter ānexum:
ardentibusq; intra edem luminibus/intē
te supplicantiq; mulieri vocē subito p si-
mulachrū eris cōcaui proferebat: ita vt pa
uore et gaudio infelix mulier trepidaret: q̄
dignā se tanti numinis putaret alloquio
Posteaq̄ vero que libitū fuerat vel ad cō
sternationē maiorem/vel ad libidinis inci-
tamentū diseruisset numen impurū: arte
quadam lineolis obductis repente lumia
extinguebant vniuersa. Tū descēdēs obstu
pefacte et cōsternate mulercule adulterii

fucū profanis cōmētationibus inserebat.
Hec cum per omnes miserorū matronas
multo iam tēpore gererentur: accidit quā
dam pudice/mentis feminaz do_uisse fa
cinus: et attentius designantem cognouis
se vocem Tyrāni: ac domū regressam/vi
ro de fraude sceleris indicasse. Ille de iniu
ria cōiugis imo potius sua ardentius in-
flamatus/inscriptū Tyrānū ad tormēta
deducit. Quo conuicto atq; confesso/ce-
terisq; fraudibus reuelatis/pudor om̄s/et
dedecus paganoꝝ puaserat domos: adul
teris matribus/incertis patribus/liberis
spurii deprehensis. Quibus diuulgatis et
proditis/raptim cū simulachris et edibus
excidebantur et crimina.

Capitulum. xxvi. de initio simulachri ca
nopi apud egyptum et eius destructione p
theophilum facta.

Iam vero Canopi quis enumeret
superstitiosa flagitia: vbi pre textu
sacerdotalium litterarū (ita etenim appel
lant antiquas Egyptiorum litteras) ma
gice artis erat pene publica schola. Quē
locum velut fontē quēdaz atq; originem
demonum in tantū venerabantur pagani
vt multo ibi maior celebritas q̄ apud Ale
xandriaz haberetur. Sed de huius quoq;
monstri errore cuiusmodi originez tradāt
absurdum nō erit paucis exponere. Ferūt
aliquando Caldeos ignem deum suū cir-
cunferentes/cum omniū prouinciaꝝ deis
habuisse conflictuz. Quo scilicet qui vicis
set/hic esse deus ab omnibus crederetur. Re
liquaꝝ puinciaꝝ dii eris aut auri argētiue
aut ligni/vel lapidis/vel ex quacūq; mate
ria constabant: q̄ per ignem procul dubio
corumperetur. Ex quo fiebat vt ignis lo
cis omnibus obtineret. Hec cum audisset
Canopi sacerdos/callidum quiddā exco-
gitauit. ydrie fieri solent in egypti partib9
fictiles/vndiq; crebris et minutis admodū
foraminibus patule: quib9 turbida aqua
desudans defecatior ac purior reddit. Ha
rum ille vnam/cera foraminibus obtura
tis/de super etiam variis coloribus pictā
aqua repletā/statuit vt deum. Et excisum

veteris simulachri (quod Menelai gubernatoris ferebat) caput desuper positū diligenter aptauit. Astūt post hec caldei. Itur in conflictum: circa ydriā ignis accenditur cera qua foramina fuerāt obturata resoluitur: sudante ydria ignis extinguit. Sacerdotis fraude/ Canopus Caldeoruz victor ostēditur. Unde ipsum Canopi simulachrum/ pedibus perexiguis attracto collo et quasi sugillato/ ventre tumido/ in modum ydrie cum dorso equaliter tereti formatur: et ex hac persuasione/ velut deus victor omniū colebatur. Sed pfecerit hec fortasse aliquādo Chaldeis: Nūc vero ad uentāte sacerdote dei Theophilo/ nullus profuit sudor/ nec cera fraude obtecta subuenit. Uastata sunt omnia atqz ad soluz deducta.

Capitulū. xxvii. de ecclesiis z martyriis que i ydolorum locis cōstructe sūt.

Sed nichil gestum est quod in squalore perteret locū flagitiorum. Cauerne ac veternosa busta, deiecta sunt/ et veri dei templa ecclesieqz constructe. Nam et in Serapis sepulchro prophanis edibus complanatis/ ex vno latere martyrium/ ex altero consurgit ecclesia. Occasio autē martyrii construendi vnde data sit/ dignū arbitror memorare.

Cap. xxviii. de sepulchro iohānis violato z reliquiis eius apud alexādriā p athanasium sub cauato pariete sacrarii conseruatis.

Iuliani temporibus/ velut relaxatis frenis/ efferbuit in omnem sequitiam feritas paganorum. Ex quo accidit vt apud Sebastem Palestine vrbē/ sepulchrum Johānis baptiste mente rabida et funestis manibus inuaderent: ossa dispergerent: atqz ea rursum collecta igni cremarent: et sanctos cyneres pulueri immixtos per agros z rura dispergerēt. Sed dei prouidentia factum est/ quo dā de Jerosolimis ex monasterio philippi hominis dei/ oratio nis illud causa per idem tempus venisse. Qui cum tantum nefas humanis quidē manibus/ sed ferina mente fieri viderent mori gratiu habētes q̄ huiuscemodi piaculo funestari/ inter eos qui ossa ad exurendum legebant mixti/ diligentius i quātum res patiebatur ac religiosius congregantes/ furtim se vel stupētibus vel insanientibus subtraxere: et ad religiosū patrē Philippum venerādas reliquias ptulere. Ille supra se ducens tantum thesaurū propriis seruare vigiliis/ ad pontificez maximum tunc Athanasium/ hostie immaculate reliquias per Julianum diaconū suuz post etiā Parentine vrbis episcopū mittit. Quas ille susceptas paucis arbitris sub cauato sacrarii pariete inclusas/ pphetico spiritu profuturas generationi postere cōseruauit. Quibus/ tunc deiectis et p orbem tra ydola: vel vestigia in edibus quondam profanis aurea tecta cōsurgerent. Sz post occasum serapis qui nūq̄ vixerat, que iam alterius demonia stare de ubi potuerunt. Parum dixerim/ si omnes que erant Alexandrie p singulas pene columnas cuiuscumqz demonia edicule in fulte ceciderunt. Sed per cunctas Egypti vrbes p castella per vicos/ p omne rus/ p ripas fluminis/ p heremū quoqz si qua fana seu potius busta reperiri potuerūt: instantia vniuscuiusqz episcopi/ obruta et ad solum deducta sunt ita vt rus denuo culture redderetur/ qd iniuste fuerat demonibus deputatum.

Idē i hysto tri- vi.ca ..b

Cap. xxix. de thoracibus serapis apd alexandriaz abrasis z signo crucis dñice loco eorum reddito propter cuius signi āmirationē multi conuertebant ad fidem.

Sed et illud apud Alexandriam gestū est: q etiā thoraces serapis/ q p singulas quasqz domos in parietibus in ingressibus et postibus etiam/ ac fenestris erant/ ita abrasi sunt omnes et abrasi/ vt ne vestigiū quidē vsq̄ vel nois appellatio aut ipsius aut cuiuslibet alterius demonis remaneret. Sed p his crucis dñice signuz

vnusquisq3 in postibus i ingressibus i fenestris i parietis columnisq3 depigeret. Quod cum factum ii qui superfuerāt ex paganis viderent/ in recordationē rei magne ex traditione sibimet antiquitus cōmendate venisse perhibentur. Signū hoc nostrū dominice crucis/ inter illas quas dicunt hieraticas/ id est sacerdotales litteras hēre egyptii dicuntur, velut vnum ex ceteris litterarum que apud illos sunt elementis. Cuius littere seu vocabuli hanc esse asserunt interpretationē. Uita ventura. Dicebāt ergo ii qui tunc ammiratione rerum gestarum conuertebantur ad fidem/ ita sibi ab antiquis traditum/ ꝙ hec que nūc coluntur tā diu starent/ quādiu viderēt signū istud venisse i quo esset vita. Undē accidit vt magis ii qui erant ex sacerdotibus vel ministris templorum: ad fidem conuerterentur/ ꝙ illi quos errorꝝ prestigia et deceptionū machine delectabant.

debic rīāin hysto. trip. li. ix. cap. xix.

Cap. xxx. quomō maior fuit inundatio nili post serapis subuersioēz ꝙ āte: vt ostenderet deus nō serapim sed se q aquas fluminis iubebat excrescere.

Ane qm̄ moris erat in Egypto/ vt mensura ascendētis Nili fluminis ad templum Serapis deferret/ velut ad incrementi aquaꝝ et inundationis auctorez. Subuerso eius simulachro igniq3 cōsūpto omnes simul negabant Serapi iniuriam memorem/ aquas vltra et affluentiam solitā largiturum. Sed vt ostenderet deus non Serapim qui multo erat Nilo posterior/ sed se esse q aquas fluminis tēporib⁹ suis iuberet excrescere/ tāta ex eo et deinceps fuit inundatio/ quanta fuisse prius etas nulla meminerat. Et ideo vlna ipsa/ idest aque mensura/ quam Pochim vocāt/ ad aquarum dominū i ecclesia cepta deferri. Sed vbi hec gesta religioso principi nūciata sūt extentis ad celum palmis/ cum ingēti fertur exultatione dixisse: Gratias tibi christe/ ꝙ absq3 vrbis illius magna pernitie/ tam vetustus error extinctus est

de his aliqd i hysto. trip. li. ix. ca. ix k

Cap. xxxi. de valētiniano iuniore qui laqueo vita finiuit.

Interea Ualētinianus i occiduis partibus animis quantū etas patiebatur ardentibus rem publicam gerēs causis etiam nunc latentibus laqueo vitā finiuit. Sed hoc quidam dolo ducis sui Arbogastis factū confirmabāt. Idq3 ꝙ maxime publica tenebat opinio. Alii a cōmisso quidem scelere ducem alienum dicebāt sed causas prestitisse quibus in hoc adolescens animi indignatione cogeretur: ꝙ minus ei tanꝙ per etatem nondum valido/ libera de indulgeret imperia. Fuere tamen nonnulli sacerdotum/ qui pacis ab eo qui post creatus est legatione suscepta/ immunez esse ducē a mortis scelere apud Theodosium testarentur.

Cap. xxxii. quomō theodosi⁹ egre ferens mortē valentiniani arma cōtra eugeniuz corripit.

Ed ipse nichilo segnius inflammatus a sed vltionem arma cōtra Eugenium qui in loco defuncti substitutus ē corripit: Dei prio volūtatē p Johānez monachum de quo supra memorauimus sciscitatus. Tum ille/ qui primam de Maximo ei victoriam predixerat incruentā/ etiā hanc licet non absq3 plurima vtriusq3 sanguinis inundatione promittit.

Ista z q̄se quūt vsq3 ad finē libri tā gunt i hy. trip. li. 9. c. eh.

Cap. xxxiii. de apparatu belli ac victoria theodosii cōtra eugeniū orationibus magis ꝙ virtute patrata.

Gitur preparatur ad bellū nō tam armorꝝ teloꝝq3 ꝙ ieiunioꝝ orationūq3 subsidiis: nec tā excubiaꝝ vigiliis/ ꝙ obsecrationū p noctatione munit⁹. Circuibat cū sacerdotibus z pplo oīa orationuz loca: ante martyꝝ z aploꝝ thecas iacebat cilicio prostratus: et auxilia sibi fida sāctoruz intercessione poscebat. At pagani qui errores suos nouis semp erroꝛib⁹ animāt innouare sacrificia/ et Romā funestis victimis cruentare. Inspicere exta pecuduz z ex fibrarum prescientia/ secuturam Eugenio victoriam nunciare. Supstitiosius hoc agente et cum omī animositate Flauiano tūc prefecto: cui⁹ assertionib⁹ (magna enim erat eius in sapiētia ꝑrogatiua)

Eugeniũ victorẽ fore ꝑ certo presũpserãt Sed vbi rex exregilionis fret⁹ auxilio theodosius alpium fauces cepit vrgere primũ illi quibus nequicq̃ litate ꝛ frustra sacrificate tot victime/de fallacie conscientia trepidi demones in fugam versi: post etiã magistri eorum ꝛ doctores errorum: precipue Flauianus/plus pudoris q̃ sceleris reus/ cũ potuisset euadere/erudit⁹ admodũ vir mereri se mortẽ pro errore iustius q̃ ꝓ crimine iudicauit. Ceteri vero instruũt aciẽ: ꝛ collocatis ĩ superiori iugo insidiis/ipsi pugnam in descensu montis expectant. Verꝝ vbi ad primos ventũ ẽ/ꝛ ilico se legitimo principi tradiderũt/cũ ceteris imis vallibus deprehensis cõflictus accerrimus geritur. Stetit aliquandiu anceps victoria: fundebantur auxilia barbarorũ/ et terga iam hostibus dabant. Sed fiebat hoc nõ vt Theodosius vinceretur: sed ne ꝑ barbaros vincere videretur. Tũ ille vt cõuersas suorum acies vidit: stans in edita rupe vnde et conspicere ꝛ conspici ab vtroqꝫ posset exercitu/proiectis armis ad solita recurrit auxilia. Et prostratus in conspectu dei/oĩpotens inquit deus/tu nosti quia in noĩe christi filii tui vltionis iuste prelia ista suscepi. Si secus in me vindica. Si vero cuꝫ causa probabili ꝛ in te confisus huc veni: porrige dexteram tuis: ne forte dicant gentes vbi est deus eorum. Quam supplicationem pii principis certi a deo esse susceptam ii qui aderant duces animant ad cedem. Et precipue Bacurius/vir fide/pietate/virtute animi ꝛ corporis insignis/ꝛ q̇ comes esse et socius Theosii mereret/proximos quosqꝫ conto telis gladio passim sternit: agmina hostium conferta et constipata perrumpit. Iter per milia ruentiũ ad ipsum tyrannum ruptis agminibus et aceruatim fusis stragibus/agit. vix fortasse ab impiis credant q̃ gesta sũt. Etenĩ compertum est q̃ post illam imperatoris precem quã deo fuderat / ventus ita vehemens exort⁹ est/vt tela hostiũ in eos qui iecerãt retorqueret. Cũqꝫ magna vi ꝑsistẽte vento/oĩe iaculũ missuꝫ ad hostib⁹ frustraretur/fracto aduersarioꝝ anio seu potius diuinit⁹ depulso/ Arbogaste duce nequaq̃(deo aduerso)fortiter faciente. Eugenius ante Theodosii pedes victis post terga manibus adducitur. Ibiqꝫ vite eius ꝛ certaminis finis fuit. Tuꝫ vero religioso principi gloriosior victoria de frustratis opinionibus paganoꝝ/q̃ de tyranni interitu fuit: quibus spes vana /ꝛ falsa diuinatio/minus in interitu contulit pene q̃ pudoris seruauit ĩ vita.

¶ Cap. xxxiiii. de morte theodosii ꝛ ortu arcadii ꝛ honorii liberoꝝ eius.

Umqꝫ post hec vt futuroꝝ presci⁹ ĩperator disponẽde rei publice sollicitudine stringeretur: ad orientẽ protin⁹ mittit: vbi venturus ad bellum/ tuta liberos custodia commendarat. Ibiqꝫ Archadium Augustum regnum sibi dudum traditum seruare precepit. Honorium vero pari dignatiõe preditũ / ad occidẽtis imperium venire otius iubet. Quo suscepto/et paternis osculis amplexibusqꝫ constricto/traditis occidẽtalis regni gubernaculis/ipse romano ĩperio ꝑ annos. x. ꝛ. vii. feliciter gubernato/ad meliora migrauit: cuꝫ principibus piissimis percepturus premia meritorum.

¶ Eusebii cesariẽsis ecclia stica finit hystoria ꝑ magistruꝫ goffredũ boussardũ sacre pagine doctorẽ eximiuꝫ exactissime correcta et emẽdata. diligẽtia petri leuet parisii impressa. expensis Iohãnis de cõbelẽs et prefati leuet. Anno. [illegible]. pridie kalendas septembres.

ꝙ imani demẽtia ptit̃ i christiãos.li.8.c.iz
Diocletian⁹ succedit caro.li.vii.ca.xxv.B.
diocletian⁹.xix.iperii sui anno birã in chri
stianos excitat psecutionem.li.viii.cap̃.ii.
diocletian⁹ ãno iperii sui.xix circa festũ pas
che [illegible] dictis publicis iubet oẽs christi ecclias
ad [illegible] vsqz dirui scripturasqz sacras exuri
[illegible] dira in christianos ibidẽ
edicta [illegible]
Diocleti[illegible] della in christianos edicta
in foro publico [illegible]dẽtia/nobilis vnus chri
stianus inīecta manu distrahit/z minuta
tum spectante populo discerpit.li.viii.ca.v
Dyocletian⁹ ptem pallacii fortuna icẽdio
ɔflagratã dicit a xpianis fuisse succẽsã.ibĩ
Diocletian⁹ cũ collega suo maxiano de/
posita sponte regni purpura priuatus ple
beius viuit.li.viii.cap̃.xv
dionisi⁹ corĩt bioꝝ epõ petrũ z paulũ parit̃
eodem tempore in vrbe passos fuisse affir
mat.li.ii.ca.xxv.
Dionisi⁹ ariopagita paulo credidit ei⁹ co
mes fuit et ecclesie atheniensi sacerdotiũz
suscepit.li.iii.cap̃.ii.
dionisii corĩtbioꝝ epi scripta referũt.li iiii.
Dyonisi⁹ corĩthioꝝ epũs ad di/ ca.xxii.
uersas ecclias septẽ cõscripsit eplas ibidẽ
Dyonisius corĩthioꝝ epũs i epl̃a ad athe
niẽses dyonisii ariopagite meminit.ibidẽ
Dyonisius corĩthioꝝ epus pymtũ gnosio
rũ episcopũ hortat̃ [illegible]
cõpulse castitatis indicat.li.iiii.ca.xxii
Dyonisius alexãdrin⁹ i sectãtibus se nõ/
nullis liberũ z christiano viro dignissimũ
verbũ respondet.li.vi.cap̃.xxix
Dyonisius alexandrin⁹ episcopus multa
post se scripta dereliquit.li.vi.ca.xxxii.
dyonisii alexãdrini epi scripta.li.vi.ca.xl.
dyonisii alexãdrini episcopi sũma eruditio
patet.li.vi.ca.xxx.xxxi.xxxii.xxxiii.z.xxxiiii
et li.vii.p totũ vsqz ad.cap̃.xxv.
Dionisii alexandrini epi ad nouatũ epl̃a
perbreuis sed magnifica.li.vi.cap̃.xl.
dyonisio alexãdrino epõ visio ostẽdit q iu
bet eũ hereticoꝝ scripta pscrutari li.vii.c.6
Dyonisius alexãdrin⁹ episcopus neminẽ
esse rebaptizandũ p hystoriaz memoratu
dignissimã ostendit.li.vii.cap̃.viii
Dyonisius alexãdrin⁹ baptisatũ ab here
ticis etiaz i forma q blaphemiaꝝ plena ee
videbat̃ rebaptisare nõ audet.li.vii.c.viii
Dyonisius alexãdrinus i psecutiõe q sub
valeriano fuit multos cruciatus ppt chri
sti nomẽ constant̃ sustinuit.li.vii.ca.x.
Dyonisius alexãdrin⁹ icolas exilii i quod
relegatus est cõuertit ad fidẽ.ibidem
dyonisi⁹ alexãdrin⁹ oẽs nepotis heretici sec
tatores/de scripturis sacris ɔfutatos ad sa
nã doctrinã fideqz mire cõuertit.li.vii.c.zi
Dyonisius alexãdrinus p suo vehemẽti
in fidẽ ardore tribus diebus cõtinuis codi
cẽ nepotis legere z discutere cepit.li.A.c.xxi.
dio nisi⁹ alexãdrin⁹ oim viroꝝ sui tpis eru
ditissimus/an apocalipsis/iohis euãgeliste
fuerit aut alteri⁹ iohis dubitat.li.vii.ca.xx
dyonisi⁹ alexãdrin⁹ oim hoiz sui tpi erudi
tissim⁹.xii.ãno gallieni morit̃.li.A.c.xxv.a
Dyonisia sub decio apõ alexandriam pa
titur.li.vi.ca.xxx.C.
dioscorus.xv.annoꝝ puer primũ vberib⁹
pro christi fide cruciatus tandez asseruari
iubetur.li.vi cap̃ xxx.C.
discessio pluria a fide sub decio li.6.c.xxx.b
discipuloꝝ christi matheus z iohãnes soli
animũ ad scribẽdũ applicãt li.iii.ca.xix.A
¶ Domitian⁹ succedit tito fratri.li.iii.c.xi
Domitianus secũdã i christianos excitat
persecutionem.li.iii.cap̃.xii.
Domitianus oẽs qui d genere dauid resi
dui erant perimi iubet.li.iii.cap̃.xv.
Domitianus de christi aduẽtu sicut et he
rodes formidat.ibidem
domitianus cõsanguineos christi ad se de
latos sup multis interrogat iterrogatos/
velut inocẽtes/liberos abire pmittit ibidẽ
Domitian⁹ psecutiõem quã i christianos
excitauerat/datis compescit edictis.ibidẽ
Domitian⁹ portio neronis de crudelita/
te.ibidem
Domitianus.xv.annis impat.li.iii.c.xvi
Domitiano succedit nerua.ibidẽ
Domitiano mortuo oẽs honoꝝ tituli q i
eum collati fuerant detrahunt̃.ibidem
domitiano mortuo oẽs q i exiliũ trusi fue
rant reuocari/et facultates suas recipere
ex senatus cõsulto iubent̃.li.iii cap̃.xvi.
Domitiano mortuo iohãnes ephesum re
...

Tabula

a scriptorib⁹ alteri⁹ religõis ɔscribũt.l.3.c.13
Matheus z iohẽs soli ex discipulis christi
ad scribendũ aĩm applicant.li.iii.ca.xix.A
Maximianus a filio puls⁹ ad cõstãtinuʒ
fugit.li.viii.cap.xvi.A.
Maximian⁹ cõstãtino a quo ĩ aduersita
te[illegible] benigne susceptus fuerat insidias
[illegible] ibidem.
M[illegible] [illegible]roꝝ vxores habuit.libro.
octauo.capitulo.xvi.B.
Maxẽtius senatoꝝ vxores ad suã libidi
nẽ publice abstrahi iubet.li.viii.ca.xvi. B
Maxẽtius arti magice dat operam.libro
octauo.capitulo.xvi.B.
Maxẽtius nobiles matronas grauidas
ad artis magice explẽda misteria medias
scindi iubet.libro.viii.cap.xvi.B.
Maxẽtius ad sacra magica complenda
paruulos rapi et iugulari facit.idem.
Maximinus vi raptũ augusti nomẽ assu
mit.libro.viii.capitulo.xvi.A.
Maximinus oriẽtis z egypti partes regit
occiduas administrãte maxẽtio.libro.viii
capitulo.xvii.
Maximinus artes magicas tota cũ aui
ditate colit.libro.viii.cap.xvii.
Maximini mores impurissimi referunt.
libro.viii.cap.xvii.
maximin⁹ ꝑsecutionẽ mouet ĩ xp̃ianos.ib
Maximinus tabo sanie z vermib⁹ ob sce
lerũ suoꝝ magnitudinẽ dño [illegible]
uens editur.libro.viii.cap.vltimo.
Maximinus se esse hoĩeʒ z iustã ĩ se vindi
ctã dei/dño ꝑcutiente cognoscit.libro.viii.
capitulo.vltimo.z li.ix.cap.x.A.
Maximinus edictis publicis ꝑsecutionẽ
quã ĩ christianos excitauerat cessare iubet
libro.viii.cap.vltimo.
Maximinus plerosq̃ȝ medicoꝝ ꝙ nec me
deri nec vim fetoris eius tolerare possent
interfici iubet.libro.viii.cap.vltimo.
Maximinus paceʒ quã christianis dederat
post vi mẽses edictis publicis obturbat va
riis mẽdaciis aduersũ illos confictis.libro
nono.capitulo.ii.iii.iiii z v.
Maximinus blasphemias in christũ per
omnes regni sui prouĩcias mittit.li.ix.c.v
Maximinus blasphemias in christũ pue
ris ad meditandũ et ad adiscendũ ꝑcipit.
libro.nono.cap.v.z.vii.
Maximinus leges aduersuʒ christianos
datas ereis tabulis incidi mãdat libro.ix.
capitulo.septimo.
Maximinus blasphemias in christũ to
tos dies decantari iubet.li.ix.cap.vii.
Maxẽtius vrbe roma promẽs et ĩ cõstãti
nũ mouẽs incidit in foueã quã fecit z sub
mergitur.libro.ix.cap.ix.B
Maximin⁹ licinio bellũ inferẽs vincitur
et impii insignia fugitãs depõit.li.ix.ca.ix
Maximin⁹ turpi fuga sua et strage suo
rum eruditus diuinos et sacerdotes ydo
lorum interfici iubet.li.ix.cap.ix. D
Maximinus desertis ydolis ad deũ tan
dem se cõuertit et legẽ pro christianoruʒ
libertate scribit.li.ix.ca.ix.D.
Maximin⁹ priuus luminibus aissis vlceri
bus tabo et sanie ades⁹ morit.li.ix.ca.x. A.
Maximino mortuo sũma pax pulchra et
ingẽs libertas ecc̃lis reddit.li.ix.c.x.A.B
Macedonianus heresis dicebat spiritum
sanctũ cuʒ patre et filio nichil hẽre ɔmũe.
li.x.ca.xxv.
Macedoniana heresis ex arriana origĩnẽ
ducit.li.x.ca.xxv
Macharius hominẽ pedibus aridũ ĩ no
mine xp̃i quẽ lucius arrian⁹ ep̃us ꝑsequit
cotinuo sanat.li.xi.ca.iiii.A.
Machari⁹ leene catulis ꝑ eã ad se delatis
visum restituit.li.xi.ca.iiii.A.
Macharius et alii patres in nitrie deser
tis miris signis z ꝟtutibus clarẽt.li.xi.c.iiii
Martini ɔstruendi vnde data sit occasio
libro.xi.ca.xxviii.
Mãnia sarracenoꝝ regina armis roma
nũ dure atteerit exercitũ.li.xi.c.vi.
Maximin⁹ tyrãnus in italiã veniẽs valẽ
tianũ impatorẽ simul z iustinã matrem ĩ
fugã vertit z exiliũ.li.xi.ca.xvi.
Macharius ierosolimoꝝ ep̃us crucẽ in q̃
christus pepẽdit a ceteris helena ꝑñte eni
bẽti iudicio z miraculo discernit.li.x.ca.viii
Melchi de esta relicta nathã genuit heli
libro.i.ca.vi.B

Finit tabula.

Publii fausti Andrelini forolīuiēsis re
gii poete laureati i eusebiū cesariēsē a ma
gistro goffredo bussardo eximio sacre pa-
gine doctore parisiensi sūma cum diligen-
tia castigatū.

Carmen.

Inclita si queris sanctorū gesta viroꝝ
Omnia tam cultū scripta volumē habet.
Oblita q̄ fuerāt magnoqꝫ oppssa veterno
Bussardi poliit lima diserta mei
Bussardi eternos digni vixisse per annos
Quo reliqua e turpi vindicet acta situ
Et positū est cūctis certo caput ordie reb⁹
Ut facil is breuius semita pandat iter
Quid nō lōga dies mītis oblitterat ānis
Sed nihil est qđ non sedula cura nouet.